**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Orationes et opuscula

**Philelphus, Franciscus**

**[Venedig], 14. Okt. 1492**

Orationes et opuscula

urn:nbn:de:bsz:31-272223

Visual Library

FRANCISCI PHILELFI ORATIO. Parentalis de diui Franciſci Sphortiæ Mediolanenſium ducis felicitate.

*Exordium narrationis uim in ſe cótinés Fráciſcᵘ Sphortia dux*

ſ

I FIERI POSSE. Cenſerem: ut lamétationibus: ac lachrymis ſæuo: & peracerbo naturæ uulneri mederētur: qđ ex incómodo fortaſſe magis q̄ ex ímaturo Fráciſci ſphortiæ inuictiſſimi optimiq; ducis & clemétiſſimi patris patriæ obitu oēs accepimus non modo uos nó dehortarer p̄ſtantiſſimi principes: ſed cohortarer potius etiá atq; etiá: ut oém ætaté: quoad is reuiuiſceret: in aſſiduis flætibus degeremus & eiulatibus: Nó.n. in unius tanti: táq; diuini principis amiſſione cú nobis cunctis: tum uniuerſæ italiæ parua quædá facta eſt uel iactura uel naufragiú: p qué ſolú ex táto & tam diuturno bellorum turbine: ac fluctibus ſedata oía paccataq; conquieuerát. in ſola profecto illius uita: atq; animi magnitudine: ſúmaq; ſapientia tantá ſpem ſibi florentiſſima noſtra reſpu. uiriq; oēs boni collocarant: ut perpetuá ſe felicitaté adeptos opinarētur. Sed o fallaces mundi blanditias: quibus allecti per uarioſ agitamur errores. O lubricá atq; caducá humanæ uitæ conditioné. qua tum maxime deſtituimur. cum uiuere eſt dulciſſimú. O inanis noſtros cogitatus: q eos ſecundis in rebus magis nos decipiunt: quo certiore ſpe q̄dam nobis alludunt. Sperabamus nos quidé Franciſce ſphortia te ob maximas tuas: inumerabiliſq; uirtutes ꝓpemodú fore ſempiternú. itaq; oía nobis erant lætitiæ: gaudiiq; plena. Nulli hoſtes íminebát: nullæ præmebant ſollicitudines: nullæ curæ. Te nó minus oés & q prope eſſent: & q procul abeſſent maximi potentatus uerebant̄: quá metuebát. Sub firmiſſimo tuo. tutiſſimoq; præſidio uitá quieti oés: ſecuriq; agebamus. Te nó italia modo: ſed uniuerſa romana eccleſia: exteriq; reges: quibus ulla aut uis aut iniuria impéderet: ſubſidio ſibi eſſe: ac ſaluti arbitrabátur. Núc auté te extincto undiq; ſuſpitiones incúbunt: terrores obſtrepunt: hoſtilia arma bellico fragore circúſonát. Heu Heu nos infelicis: atq; infortunatos: q tanto tá miti: tá benigno: tá pio: tam inuicto: tá omni genere probitatis illuſtri parente orbati ſumus. Quis in tanta rei in dignitate nó mœreat: nó fortunam deploret ſuá non ſeſe intollerabili dolore conficiat? Vtiná liceret Franciſce ſphortia priceps optime: ac fortiſſime ſorté cómutare nemo prorſus ſui ſibi conſcius eſſet: & tui qui nó emori: q̄ primú optaret: quo tu reuiuiſceres. in hanc ſniam indubitato pedibus iret nó ſolum cóſtantiſſima uirago: & ſanctiſſima uxor tua Blanca Maria: quæ te dies: noctiſq; collachrymat: & poſt matré tibi omni probitate ſimillim⁹ dux Galeacius: qui ob cótinuú luctum animi cruciatur una cú reliquis pientiſſimis tuis filiis: uerumentiá & áphſſimus hic ſenatus tuus: & aula uniuerſa: atq; oés ciues ſubditiq; tui. quos unius tui deſideriú torquet ac macerat. Cæterum quo feror homo miſerrimus: quo meus me uæhementiſſimus rapit dolor. ut qui alios debeam: meipſum nequeam conſolari. Nam quid prodeſt excellentiſſimi principes quicq̄ optare: qđ ſperare nó liceat. Magnum eſt fateor: & graue. & per moleſtum: atq; acerbiſſimú: quod nuper omnes uulnus accepimus. id ſi minus doleamus aut lapidei plane putandi ſumus: aut nobiſipſis inimici. Sed illud nos tamen præterire ñ debet animi eſſe & bene compoſiti & moderati & ſapiētis nihil appetere ſupra hoiem: nunq̄ neq; a róne diſcedere neq; diuinæ aduerſari iuſticiæ. Núqui ſibiipſi non pepercerit: quin morti ut homo cócederet: parcat ſimplici homini cuiq̄; deus uel heroi: ut poetæ philoſophiq; appellant. Moriendú eſt enim omnibus in idéq; reſoluendum unde manauerint. Quod ſi mercatoribus magnæ turpitudini damus ubi aut decoquát aut reddere depoſitum nolint quæ dementia tanta ſit noſtra: ut qué deus optimus maximus animú noſtræ fidei uoluti cómendarit hunc repetenti domino reſtituere indignemur. Quæ noſtra queat ſuperbia tanta eſſe qui faſtus: quæ arrogantia: ut qui natura mortales ſumus dignú exiſtimemus corpibus quoq; effici imortales prius: q̄ moriamur. Quis uſq; adeo eſt neſcius ſui. qué lateat exteriori cuiq̄ homini ante reſurrectioné immortalitatem uendicari non poſſe. Sed quo pacto reſurrecturus ſit quiſquá anteq̄ diem obierit. Itaq; neceſſario fit, ut qui nati ſunt omnes aliquando moriantur. Quin eo mors eſt æquiore ferenda animo & non modo nó dolenda ſed merito potius optimoq; iure ſúma lætitia proſequéda in animis ingentibus. & excelſis quod hac p̄uia atq; duce ad ſempiternú illud bonú ſupremúq; peruenit̄ quo ſolo felices beatiq; efficimur. Quæ.n. in huius múdanæ uitæ procellis ac tépeſtatibus nó modo fecilitas. ſed ulla oíno tráquillitas offerat̄. Quod ſi qua hic detur fucatæ cuiuſpiá felicitatis imago quæ tenta eſt: quantá habet cum ſúmo illo & uero atq; incómutabili cæleſti bono ſimilitudiné. hæc omnis uni ex omnibus mortalibus & ducibus & regibus Franciſco ſphortiæ ita contigit ut deceſſio magis metuenda iam eſſet. q̄ acceſſio cupienda. id auté ſic habere ſi paucis oſtendero tum equidem uos rogabo. orabo. obſecrabo. ita uobiſipſis moderemini. ita conſulatis ita pro rationis imperio poſt animi cunctas proſtratas perturbationes opitulemini. ut non ueſtra magis q̄ illius cauſa tátam luctus acerbitatem ſuſcepiſſe indicemini. Hoc enim & parui eſſet animi planeq; ingrati ac ueluti bono alieno inuidentis. Volunt ergo uiri ſapientiſſimi humanam quam uocamus felicitatem bonis his cótineri. quorum altera ſunt extra nos altera uero in nobis: & hæc ſane partim corpori partim animo ſunt tributa. Illa uero ſubiecta furtunæ eſſe arbitrantur quæ quidem ipſa ſi qua ſit tandem. eam diuinæ ſubeſſe uoluntati nemo ſanæ mentis ignorat. Hæc autem tria bonorum genera quanta cum gloria & diuina quadam indulgentia. atq; benignitate in magnanimo illo noſtro principe efflorüerint. quæſo diligenter attendite. Incipiendum eſt igitur ab animi bonis quæ noſtra ſunt propria. dein quæ in nobis etiam ipſa ſunt. de corporis. & poſtremo de fortunæ bonis diſſerendum: ac de hiſce quidem omnibus breui oratione. & quantú locus. atque tempus patitur. Vt autem ordine progrediatur oratio. natus eſt Franciſcus Sphortia inclyto patre illo. & fortiſſimo belli duce Mutio Attendulo: cui primo non minus ob animi elationem atque. uires corporis Sphortiæ fu/

*Blanca Maria dux Galeacius Maria dux*

*Diuiſio triparti ta*

*Confirmatio.*

prie ptiſ p approbationē
Mutius attendu l⁹ ſphortia
Miniatum
Ethruria
Florentini
Ioanneſ galeaci⁹ dux
Piſæ
Ferraria
Nicolaus marchio æſtenſis
Otho tertius
Ladiſſaus rex

iſſe cognomentum uolunt: q̄ ob ingenii uim: cogitatuſque acrimoniam: & eſt is quidem natus Miniati in e/
thruria anno a natali chriſtiano ſupra milleſimum quadringenteſimum primum ad ſextum Kalendas augu/
ſtas circiter ueſpertinum crepuſculum quo tempore pater Sphortia ex eodem oppido pro republica Floren
tina ualidiſſimis uiribus ioannis Galeacii illius ſplendidiſſimi Mediolanenſium ducis: quæ ex urbe Piſis flo
rentina inuaderent opida: agroſque uaſtarent: conſtantiſſime: & ſua maxima cum laude repugnabat. Is cum
primum per ætatem licuit: ſuopte ingenio: curaq; paterna litteris: atque eloquentiæ operam dedit: idque Fer/
rariæ. Nam poſtea q̄ uita ioannem Galeacium deſeruiſſet. & per diuturnam obſidionem Piſas florentini in
deditionem recepiſſent Sphortiæ potiſſimum opera inquam Sphortia in auxilium a Nicolao æſtenſi nobi/
liſſimo principe in bello aduerſus Othonem tertium. ab quo magnis uiribus pertinaciſſime ad extremū uſq;
periculum præmebatur: pro uetere beniuolentia accerſitus ſecum dilectiſſimum aduectum puerum inter Ni
colai ipſius filios & educari: & erudiri ſtuduit. Qui cum in omni probitatis genere nemini æqualiū cederet
intra undecimum ætatis annum tantam eſt laudem aſſecutus: ut ad Ladiſlaum uſque ſiciliæ maximum: & po
tentiſſimum regem ſui nominis fama peroſnuerit. Nam erat Franciſcus: non dum enim a paterno cogno/
mine Sphortia uocabatur: ad ingenii ſplendorem: indoliſq; præſtantiam iis uirtutibus præditus: quibus ſu/
pra ætatem admirandus apud omnes uideretur. Nam ab ipſa infantia ad ultimam uſque diem fuit pauciſſi/
mi admodum ſomni: cibi moderati: ac minime exquiſiti: potuſq; dilutiſſimi. Hoc enim uiuendi genus tum i
genium reddit acutius: tum corpus & ad bonam ualitudinem: & ad uires plurimum adiuuat. Quanta eſſet
in omnes facilitate: quanta manſuetudine: quanta humanitate: quanta clementia: quanta dilectione: quanta
etiam animi uel magnitudine: uel altitudine nemo eſt: qui neſciat. Quid enim loquar de iuſticia eius mirabili
q̄dā cōmiſeratiōe cōdita. Quid de cōſtantia ſeruādæ fidei qd inuicto aī robore: atq; fortitudīe. Vt erat oī cor
pis imūdicia: īeptitudīeq; ſupior: ita nihil ex illi⁹ ore nō mō obſcœnū aut ruſticū: ſed ne īcultū qdē: aut leue
qcq̄ unq̄ effluebat. Mira in illo grauitas erat cū īcredibili q̄dā lēitate cōiūcta. Vitupabat nemīnē caſtigabat
modice: operamq; dabat: ut pudori magis eſſet q̄ metui: aſſentatores & ſubdolos odio habebat. Sed aperto
homines ingenio: ac ueros plurimum diligebat. Calūniatoribus: & maledicis non modo non patefaciebat
auris: ſed eos leuitatis ſuæ: improbitatiſq; admonebat. Et cum foret in alienas laudes copioſus: de ſuis nō ſo
lum non loquebatur: ſed nec etiam audire patiebatur. Nemo profecto uno Franciſco ſphortia modeſtior un
quam fuit: nemo uerecundior: nemo continētior. Tanta uero beniuolentia ſuos omnis complectabatur non
ſanguine coniunctos dumtaxat: ſed quoſcunq; ſemel accepiſſet in ſuos: ut eos ab ſe abire neque iure neque in
iuria unq̄ ſineret. Quid quod etiam fuiſſet optandum: ſi quod ab eo uel factum aliquanto ſeuerius: uel di/
ctum in quēquam uehementius prodiſſet. Nam quem putaſſet ulla ex parte ab ſeſe offenſum: tanta cōtinuo
humanitate: tanta proſequebatur beneficentia: ut illum ſibi nō ſecus ac indulgentiſſimo patri: aut numini cui
piam affectum redderet. Tanta autem erat in rempublicam caritate: ut neglectis quodāmodo ſuis commo/
dis omne ſtudium ſuum; omnem operam: omnem induſtriam ad publicam referret & utilitatem: & dignita

Addua
Lari⁹ lacus
Tellina uallis
Germania
Arx portæ iouis

tem. Quot enim quantoſq; theſauros conſumpſit in deducendo ex addua hoc riuo uel potius flumine: quo
non ex addua ſolum: ſed ex lario lacu: & ſupra larium ex tellina ualle a germania uſque res admodum & in
finitæ: & utiliſſimæ ad nos importantur. Quid enim meminero cum alia maxima: & ſplendidiſſima ædifi/
cia: quæ ad publicum uſum fabricatus eſt: tum arcem hanc. quæ portæ Iouis appellatur. Quod ullum in me/
dium afferamus ex ſeptem illis quæ in uniuerſo terrarum orbe memorantur mirabilia quod cum hac una ar
ce uel magnificentia: uel pulchritudine: uel ullo excellentiæ genere comparari queat. Non enim huiuſmodi
opus molitus eſt Franciſcus ſphortia ad illum ſuum: ſed ad publicum & uſum: & commodum. Nam arcem
ſibi ſuam munitiſſimam: tutiſſimamq; conſtituit in animis: & caritate ciuium: quorum commoda: & emo/
lumenta omnia immortalitati ſibi ducebat eſſe. Et quoniam a primis uſque annis non ſecus atque teterrimā
peſtem aliquam formidaret mali nominis famam: omnis cogitatus: & actiones ſuas ad honeſtatem: & glo
riam referebat. Itaque nullum neque laborem corpore: neque periculum animo detractabat. Viros doctos:
& eruditos in omni genere uitæ & audiēbat libenter & honorifice munerabat. Tanta erat ingenii magnitu/
dine: tanta rerum humanarum pertractione: & diligentia: ut nihil prorſus: quod eſſet memoratu dignum:
ignorare uidetur. Itaque inter prandendum: cænandumq; ſemper aliquid excogitatum acutius aſtantibus
proponebat: ad idque non iucunde minus q̄ ſubtiliter diſputabat: tanq; iudicaret nihil eſſe otio: atque deſi/
dia a dignitate hominis alienus. Et quia per omnem uitam nihil unquam temere: nihil inconſulto inire con/
ſueſſet: omnia ſemper ex ſententia ſua fauſte: atque fortunate conſequebatur. Quis enim ambigat uiro fortiſ
ſimo: eidemque prudentiſſimo ſecunda omnia contingere oportere? Fauet enim deus: auxilioque eſt ſem/
per iuſtis cœptis: ſaniſque conatibus: cunctos in ſe ſeperantis amplectitur: ac fouet: id quod ſapientiſſimus
princeps noſter aſſidua meditatione præſeferens nihil aut iuſtum laude ulla dignum exiſtimabat: quod a re
ligione: pietateq; abhorret. Quare diuino cultu atque ueneratione fidei chriſtianæ nihil eſſe apud ſe antiqui/
us unquam uoluit. Quibus quidem innocentiſſimis: & optimis inſtitutis ſumma eſt omnia cum laude con/

Confirmatio ſecūdæ p/tis ap/probationē

ſecutis. Quod autem ſecundo loco dicendum mihi propoſueram: quibus corporis adminiculis ad hæc tan/
ta: & tam eximia animi bona eſſet adiutus: breuibus perſtringamus. Fuit corpore Franciſcus Sphortia cum
robuſtiſſimo: tum erectiore paulo ſupra cōmunem: atque mediocrem hominis proceritatem: & eo plane he
roico. Erat is enim: ut norunt omnes: mirabili quadam membrorum compacatione ad conuenientem: ac de
coram inter ſeſe proportionem cum tanta oris dignitate: & maieſtate uultus ut uel ſolo aſpectu dignus iudi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

caretur imperio. Et cum omnium ſenſuum itegritate cæteros homines plurimum antecelleret: tum uiſu adeo
erat acerrimo: ut etiam inter præliandum hoſtium uel minimum quodq; erratum proſpiceret ad modum lõ
gius: eoſq; continuo luere ſuæ ſtultitiæ pœnas cogeret. Quid enim loquar de eius agilitate atq; dexteritate ad
omnem motum: & geſtum: quæ tãta erat: ut quicquid facere aggrederetur: dicto citius effectũ redderet? Qua
re cum ei per ætatem liceret: & luctatione: & ſaltu: & curſu: ita æquales oĩs anteibat: ut ĩueniret neminem: qui
ſecũ contendere auderet. Iactu autem æque: atq; omni dimicãdi arte delectatus ferreã ſudem: aut ſaxum ingẽ
tis ponderis multo longius emittebat: q̃ alii tragulam: aut pilã. Nam & iaculationem: & catapultã: & equi/
tationem: & meditationẽ omnẽ bellicæ diſciplinæ ab uſq; puero ludendo: uenãdoq; didicerat: quæ quidem
ſingillatim oĩa & ſub patre Sphortia: & ſuo ductu: atq; auſpiciis longo uſu & multa exercitatione bellando:
pugnandoq; confirmarat: & ad ſummum uſq; auxerat. Et erat Franciſcus ſphortia felici adeo corporis tẽpe
ramento: ut uniuerſum diem nudo capite ſtaret in ſolem immotis etiam paribuſq; pedibus: & frigus nõ plu
ris faceret q̃ calorem. Eæ autem uires & in brachiis inerant: & in manibus: ut quem arctius circũplexus medi
um ſtrixiſſet: eum tanq̃ exanimaret: quem uero pugno percuſſiſſet ĩ caput ſemianimum repẽte umi proſterne
ret. Voce pro tempore utebatur nunc leni ac miti: nunc graui & moderata: & cum ſonora ſemper: tum cum
uſui eſſet concitata: & grandi: & horrenda. Quid enim meminero de mirifica eius linguæ bonitate: q̃ in oẽm
uſum uidebatur diuina potius q̃ humana? Quid pluribus? In corpore pulcherrimo herculeæ uires inerãt &
tanta in ſingulis membris bonitas: ut animi bonis nulla ex parte cederet. Cæterum quoniam duas felicitatis
partes iam percurrimus: reliquum eſt: ut de fortunæ cõmodis eadem breuitate tranſigamus. Quod modo di
cebatur: natus eſt Franciſcus Sphortia in ethruria: quæ regio & uniuerſa Italia eſt maxime ab omni aeris cali
gine: nebulaq; remotior: ob eamq; rem ab ethra: quæ ſerenitatem ſignificat: ethruria nomen ſumpſit. Itaq; na
tus ſub eiuſmodi cæli ſerenitate & ingenio erat perſpicatiore: & acritate ſenſuum natura nimirum alacriore.
Quod autem ad generis attinet ſplendorem: ſi altius fuerit: q̃ a patre ſphortia repetũdum: a regibus datiæ: &
urbe attenda reperiemus Attendulorum familiam originem duxiſſe: q̃q̃ ipſe non minus cum illis ſentio. qui
a Mutio illo ſcæuola affirmant manaſſe attẽdulos: qui Porſenam regem cluſinoꝝ occiſurus cum fruſtra tam
egregium facinus pro liberanda patria eſſet adortus: in dexteram ſæuierit ſuam foculo iniectã ignito: id quod
ipſius ſphortiæ proprium nomen probat Mutius. Id enim & inter ſcæuolas erat illuſtre: & inter attendulos
apprime celebratum. Sed ne ſingula prolixius perſequar: ubi Franciſcus in aula gratiſſimi illius. & clariſſimi
principis Nicolai æſtenſis: quem pater ſphortia propter Othonem tertium a ſe oppreſſum extremo periculo
liberarat: maiorem infantiæ partem: & puericiam quoq; ad undecimum uſq; etatis annum cum mirabili ſpe
probitatis: & laude peregiſſet. Neapoli iuſſu patris aduectus eſt. Id quod propterea fecit pater: quo regi ladi
ſlao gratificaretur. Is enim pueri fama delectatus hunc uidere cupiebat. Nec ſua de puero ſe opinio falſum ha
buit. Nam cum primum in illius conſpectum Franciſcus ueniſſet regẽq; ingenuo quodam: ſtrenuoq; pudore
ueneratus alacriter ſalutaſſet: eſſetq; apposite: & ornate locutus plæraq;: eum ladiſlaus perinde atq; filium am
plexatus. deoſculatuſq; tricarico donauit. eius comitatus ornatum inſignibus. initium ſane pulcherrimum ad
lætioris fortunæ principatum. Et non modo dies non preteribat. ſed ne hora quidẽ. quin pueꝝ. cum ei a ma
ximis occupationibus ſuis facultas offerretur. ad ſe accerſitum uariis de rebus interrogaret. cui cum ille & im
pigre. & argute. uerecundeq;. reſponderet. admirationem in dies magis atq; magis de ſeſe apud regias auris.
mentẽq; augebat. Cũq; frequentior eſſet tum in aula regia. tum apud regem. ſtudebat quottidie doctior fieri
rerum etiam urbanaꝝ. ac totius regiæ diſcipline. utpote præſago eius ingenio futuræ gloriæ. ac regni. Sed ubi
paucis poſt annis rex ladiſlaus uita exceſſiſſet. & Ioanna ſoror. quæ ladiſlao. ſucceſſit ĩ regnum Iacobo Bar
bonenſi Mariæ comiti nupſiſſet. Hic inq; Iacobus barbonenſis ſphortiam quoniam putaret nefariis ſuis ĩ re
ginam uxorem opprimendam cogitatibus repugnaturum. & eum. & filium Frãciſcum. qui ætatis annũ iam
ageret quartum ac decimum. in ſubterraneum munitiſſime turris carcerem arcis oui appellatæ coniecit ſine ul
la omnino ſpe futuræ aliquando libertatis. Quam rei ſæuiciam. atq; diritatem moleſtiſſime adeo tulit ſphor/
tia. ut in filium coniectis oculis: quem unum ſupra uitam etiam ipſam mirifice amabat. mortem ſibi conſciſce
re peruicatius decreuerit. ad quam. ut erat animo ferociſſimo. cum furens. præcepſq; ferretur ĩ proximum tur
ris parietem caput inflicturus. ſubita. atq; miſerabili. & ſuaui. & accommodata facundiſſimi filii oratione nõ
ſecus ab illo omni immanitatis impetu & coercitus eſt & ad mentẽ ſanioris conſilii redactus. q̃ a Timotheo
muſico ferunt Alexandrum regem ab armis eſſe ad conuiuium reuocatum. Quo pietatis officio eſt effectum
ut pater ſphortia ex prope iam mortuo reuixerit. ac non multo poſt per reginam Ioannam ipſam poſt com/
præſſam. atq; proſtratam Iacobi uiri perfidiam. ac uim omnem iuſto carcere liberatus una cum pientiſſimo.
probatiſſimoq; filio magnas res geſſerit. & præclaras. Regina uero cum maximis honoribus ſphortiã. emo
lumentiſq; cumulauit. tum Franciſcum eius filium: cuius ingenio & oratione pater ſeruatus eſſet. Arrhiani:
atq; apicis comitatibus donauit. Quid autem memorem. uel potius admirer primum ſpectatiſſimi adoleſcẽ
tis tirocinium aduerſus angelum labellum uirum belli gloria inſignem. qui ob hæſitantiam linguæ tartaliæ ha
buit cognomentum? Nam ubi ſphortia Bratio a ſe fugato ex urbe roma Ioannæ regine iuſſu. urbeq; ipſa in
reginæ poteſtatem redacta inſtituiſſet ultionem capere. ut par erat. de uetere inimico Tartalia. qui aduerſus ſe
ſe. quo tempore Neapoli primum auctore Pandulphello. quem regina in delitiis habebat. carcere tenebatur.
cum Bracio conſpirarat. quo ipſo conſentiente. fauenteq; & Tuſcanellam urbem. & alia eius plæraq; oppida

Confir
matio
tertiæ p
tis p ap
proba/
tionem.
Ethru/
ria.
Ethra.
Datiæ
reges.
Attẽda
attẽduli
Mutius
ſcæuola
Porſe/
na rex.
Otho.
Neapo
lis
Ladiſla
us rex
Trica
cum.
Ioanna
regina
Iacobuſ
barbo/
nenſis
Arx oui
Timo/
theꝰ mu
ſicus
Alexan
der rex
Arrhia
num
Apex
Angelꝰ
labellus
Tarta/
lia
Bracius
Roma
Ioanna
regina
Neapo
lis
Pandul
phellus
Tuſcãel
la
tartalia

ui oppreſſerát:ad tuſcanellam ipſam inſtructa acie pugnaturus proficiſcitur. Quo in loco tartalia ipſe cótra
magnis uiribus in aciem egreditur. Pugna mox utrinq; pari animorum ui:atq; ardore conſeritur. Diu: mul/
tumq; certatur:neuter pedem refert. Alacriter:ac fortiter incumbunt ſphortiani: cóſtanter hoſtes ferociterq;
repugnant. Neutri cedunt. Spes prope utrinq; par. Tum probus generoſuſq; adoleſcens:qui uix dum ſepti/
mum foret ingreſſus:ac decimum ætatis annum:ubi ex patre percunctatus certo didiciſſet:qui nam eſſet tarta
lia:nam is inter pugnandum ne poſſet agnoſci:ſagulum:equumq; mutarat:illico per confertiſſimum aduer/
ſariorum præliantium globum diſtricto enſe i unum Tartaliam equum dirigit. Quem ille ubi per uaſtam oc
currentium cædem comminus in ſe irruentem aſpicit:perinde atq; ſtupidus:atq; ſui impotens repente in fu/

Tuſcáella
Pellin⁹
calabria
Lodouicuſ andegauéſis rex
Renat⁹ rex
Alphóſus rex
Pherdinádus rex
Ioanna regina
Raymúduſ boylus
Fran. ſphortia
Gotthalani
P.cor. Scipio Africanus
Pellin⁹
Buldrinus
Ager ſácti Marci
Alphóſus rex
Bracius
Apern⁹
Piſcaria

gam uerſus uix ſuorum præſidio intra portam Tuſcanellæ ſublato ponte, demiſſaq; catarhacte ſe recepit per
magno numero:fortiſſimorum militum amiſſo:ferturq; poſtea conuerſus ad ſuos dixiſſe illum ſibi:nam qui
nam eſſet:ex pellino cotignolano:qui intra portam eſt captus:acceperat:non uideri adoleſcétem:ſed tigrem
ſed Leonem:ſed horribile quoddam prodigium. At quanta fuit illa uel prudentia:uel clæmentia:qua eſt i eos
milites uſus:quos antea in calabria a ſe tranſfugas ad hoſtis gotthalanos prælio omnis captiuos fecit. Gere/
bat enim bellum ſphortia pro Lodouico Andegauenſi rege tertio regis huius renati fratre aduerſus Alphon
ſum regem regis:item huius pherdinandi patrem quem regina Ioanna: quo ualidior foret contra Lodouici
factionem adoptarat. Præerat in calabria maximis alphonſi:firmiſſimiſq; uiribus Raymundus boylus:ad/
uerſus quem ipſum Franciſcus mittitur a Lodouico cum poteſtate regia natus annos unum ac uiginti. Hu/
ic dat pater ſphortia pulcherrimam militum manum:& cum his ueteranos quoſdam: quorum fide ducebat
ſibi certius nihil. Franciſci aduentu in calabriam cum omnis gotthalanorum impetus retardatus:repreſſuſq;
eſt:tum ob uitæ continentiam:atq; innocentiam:& ob ſingularem illam morum facilitatem:humanitatemq;
adeo incredibilem erga ſe omnium calabrorum beniuolentiam cóciliauit:ut ultro uniuerſa prope illa regio
ad eius fidem:perſpectamq; uirtutem tanq; ad publicum aliquem Cornelium Scipionem illum: qui primus
eſt Africanus cognominatus:certatim confugeret:cú anno dein proximo ii:quos ſibi maxime fidos Sphor/
tia putabat:omnes præter duos pellinum: Puldrinumq; fauentinum tranſfugerunt ad gotthalanos. Franci/
ſco ipſo inter hoſtium quaſi retia relicto:atq; deſtituto. Sed hic, ut erat animo inuicto, nequaquam ſubita per
fida fractus ubi ſe cum reliquis copiis quadrato agmine ſine ullo tumultu in ea oppida recepiſſet:quæ a Lo/
douico regie ſtipendii uice octo poſſidebat:cœpit continuo hoſtilum agrum circuncurſare prædari:uaſtare:
ac nuſq̃ hoſtibus quieſcendi ſpacium præbere:cum tandem tráſfugarum itinera quæq; aſſidue:conatuſq; om
nis q̃ diligentiſſime odoratus ſine ullo ſuo diſcrimine:& cum maxima gotthalanorum clade uniuerſos cœ/
pit in agro:qui dicitur ſancti Marci:quo illi populaturi proceſſerant. Req; ad patrem ſphortiam ſignificata
curriculo qui eodem ipſo die Alphonſum regem collatis ſignis fuderat:fugaratq; non proculo ab urbe Nea/
poli, ab eo iubetur:ut perfidis illis omnibus ſuſpenſis laqueo gulas frangeret. Quod patris imperium cum ui
deretur clæmentiſſimo adoloſcenti ſeuerius:& alienum ab eius conſuetudine. nam erat etiam ipſe ſphortia
mitiſſimus. paulũlum ſubdubius ſtetit cogitabunduſq;:ut qui & patri parendum eſſe duceret:& nihil crude/
lius faciundum. Dein conuerſus ad nuncium dic:inquit:mihi tu:quo uultu pater, ut iſta mihi referres:impe/
rauit? Reſpondit ille & minaci:& iracundo. Tum Franciſcus non igitur pater iuſſit, ſi iuſſit iracundus. Itaq;
accerſitis illis ad ſe captiuis inquit. Quoniam uobis humaniſſimus pater meus: erratiſq; ueſtris ignoſcit: ego
uos omnis q̃ liberrime miſſos facio:optionemq; permitto & manendi ut antea & abeundi pro arbitrio ue/
ſtro. Tum omnes præ lætitia collachrymantes & patri gratias egerunt:& filio:ac ſeſe manere uelle alacriter re
ſponderunt:fueruntq; ex illo die & fideliſſimi ſemper:& ſphortianæ gloriæ uni omnium maxime ſtudioſi.
Quod factum cum prope diem ſphortia ex litteris filii didiciſſet:conuerſus ad circunſtantis ſubridens ait:ló
ge filius eſt patre ſuo prudentior. Quis autem eius uel conſtantiam:uel grauitatem non iure optimo admire/
tur:qua eſt uſus:quo tempore pater ſphortia profecturus in reginæ Ioannæ auxilium aduerſus Bracium:qué
tota formidabat italia:ad tertium nonas ianuarias feria ſecunda:qui dies eſt lunæ:in fluminis Aperni tranſi/
tu, cui nunc a piſcaria proximo oppido in ripa ſito uulgare eſt nomen piſcariæ:lapſu equi ſubmerſus periit.
Braciani equites:ac pedites:qui pro bracio piſcariam præſidio tenebant:cum uidiſſent ſphortianos tranſi/
tum Aperni moliri ad eius oſtia per uæhementiſſimos maris:creberrimoſq; fluctus ex oppido erumpétes oc
currunt ad fauces tranſitum pro uiribus prohibituri:quod eo maioribus animis agebant: quod ſperarent id
ſibi facilimum factu fore:quoniam Franciſcus adoleſcens dútaxat natus annos duos & uiginti cum aliis e/
quitibus quinq; tranſiſſet:& poſt illos Michael attendulus:& ſphortia imperator octauus: ac mare contra

Michael attendulus

riis uentorum:turbulentiſſimiſq; flatibus agitatum aſſidue magis atq; magis exaſperaſceret. At Franciſcus a/
doleſcens, ut erat animo excelſo atq; inuicto, calcaribus confeſtim crebrioribus equum adigens: & longiori
innixus haſtæ ueluti uernus coluber:ſtrenuo celeriq; curſu in obuios hoſtes fertur tanta audentia:ac uiribus:
ut eos palátis i fugá ageret. Quod Sphortia pr̃ corá aſpiciés:geſtiéſq; lætitia & uoce, & manu ad tráſmeádú
ſuos hortatᷣ cómilitiones:quos ob fluctuũ magnitudiné cú ſegnioris uidꝫ ad tranſitú, ipſe rurſus, quo formi
dátibus fiduciá iniiciat, ad exercitú remeás dú pone piclitáti armigero inter fluctus dexterá ſublaturus porri
git:& equus quo inſidebat:poſterioribus deſertus pedibus labitur:& imperator ubi ephippio eſt excuſſus:

& ſi bis ſutulit manus ferreis graues chirothecis perinde quaſi auxilium implorans:tamen & thoracis ī reli/
quorumq; armorum preſſus pondere:& aluei fundo pedum nixum nō ſuſtinente ingruentium fluctuum al
titudine obrutus.tanq̄ in Numico æneas diu poſtea:ac multum quæſitus nuſquā apparuit. At frāciſcus ſubi
ti caſus ignarus ubi inter fortiſſime præliandum de ſurrepti patris acerbitate clam per quendam ex cōmili
tonibus eſt cōmonefactus:quāq̄ intollerabili cordis uulnere eiuſmodi nuncio eſt tranſfixus : tamen re omni
diſſimulata paulatim ſeſe:atque pedentium ex ea pugna ſubducit ad ſuos:hoſtibus minime inſequētibus ꝙp
pe qui & deteriori in ea pugna fuiſſent conditione:& de repentino ſphortiæ obitu nihil noſſent. Ac ne ho/
ſtes facerent impetum in eos:quos poſt ſeſe reliquiſſet:ultimus eſſe uoluit:qui reciperetꝰ ad exercitum.Itaque
ubi reliqui remeaſſent:qua modo tranſierant:ipſe ſolus incenſa trabe caua:quæ caſu in flumine eſt reperta:in
ter ſagittarum:& omnis generis miſſilium inumerabilis iactus breuiſſimo ſe pōto remignando recepit ad ſo/
cios:quos omnis cum & extremo dolore confectos:& tumultuantis offendiſſet:eos eſt ſua oratione adeo cō
ſolatus & ita ilærioris fortūæ ſpē erexit:ut & ipſū impatorem ſuu cōtinuo ſalutarint:& ut de ſe oīa ſibi reci/
peret:uno conſenſu:& eodem ore alacriter affirmarint. At Bracius ſphortiæ obitum non diſſimulanter col/
lachrymatus tulit permoleſte:ſiue ꝙ meminiſſet priſtinam ſuam cum illo familiaritatem:atque beniuolentiā:
ſiue ꝙ in ſphortiæ aduerſo caſu ſui:ut ſit miſereretur. Cæterum Franciſcus initio cum ſuis cōſilio orthona quæ
urbs eſt impelignis cum uniuerſo conceſſit exercitu:qua ſuorum militum munita præſidio de prima uigilia i
de mouens cum reliquis copiis recepit ſe beneuentum unde idibus Ianuariis ad reginam Ioannā proficiſcitꝰ:
& uiſendi gratia & percunctandi:quid ſe facere iuberet. Hæc amiſſa Neapoli ſe continebat auerſæ:quæ ut frā
ciſcum eſt coram intuta:ſe ob ſphortiæ patris deſiderium a lachrymis moderari non potuit. Dein pauca pro
re locuta:ſed maternæ caritatis plena urbis oppidaq; omnia quibus donarat ſphortiam trāſfert in Franciſcū
filium pleno iure;iubetq; ut & ipſe reliquiq; fratres atque ipſorum poſteri perpetuo ſeruet ſphortiæ cogno/
mentum. Id ꝙ in hanc diem uidemus aſſidue propagari. At hæc mandat:ut collecto uniuerſo exercitu prope
ret ad Neapolin obſidendam. Nam icirco properandum eſſe regina iudicabat:quoniā rex Alphonſus ab
erat profectus anno proximo poſteaquā eſt a ſphortia pugna ſuperatus:in citeriorem hiſpaniam cū uniuer/
ſa claſſe ad renouandas augendaſq; uires comparandaſq; pecunias:relicto petro fratre cum præſidio nō me/
diocri gotthalanorum & equitibus italis tribus millibus. Cum reginæ ioannæ uoluntate ac iuſſis paruiſſet q̄
primum Franciſcus ſphortia:& ad eas pecunias:quas non admodum multas a reginæ quæſtoribus acceperat
collegiſſet etiam ex amicis & ſubditis:quantas potuit:comparato inſtructoq; robuſtiſſimo firmiſſimoq; ex
ercitu neapolin confeſtim obſedit:eam quottidie uariis prælus oppugnationibuſq; concutiens. Idq; breui ef
ficit:tum uiribus tum ingenio:ut ſi præſidio intus erant deſperare cœperint rebus ſuis:cum hæc claſſis ſuper
uenit:quam dux ille clariſſimus Philippus maria in reginæ auxilium miſerat munita nauibus roſtratis : uſq;
ingentibus quattuordecim & triremibus quinq; ac uiginti myoparonibuſq; nōnullis huic:præerat uir becil/
lis laudibus celeber Guido torellus. Quare qui pro rege Alphonſo erant in urbe intellecta periculi magni/
tudine ſecuti admonitionem unius Franciſci ſphortiæ ac fidem & ꝙ conſtituto ab Alphonſo ſtipendo care
rent. Berardinus Vbaldinus ac Iacobus caudola:id omne præſidium deſtituere profecti alter ad bracium.ia
cobus autem ad reginam. Poſt horum abitionem Franciſcus ſphortia terreſtri oppugnatione:Guido autem
maritima adorti muros ui tandem urbe potiti ſunt:ſine ulla etiam ciuium offenſione:tanta fuit noſtri illius:
moderatiſſimi principis uel innocentia uel prudentia. Neapoli per hunc modum ex ipſius Petri & gottha/
lanorum manibus recuperata:reginæq; reſtituta cum franciſci ſphortiæ nomen quottidie redderetur illuſtri/
us idem Philippus Maria:ut erat ſumma prudentia princeps & egregius uirorum fortium cenſor ac iudex:
curabat per guidonem torellum apud reginam:ut tanta probitate adoleſcentem ſibi tantiſper cederet:donec
Bracii audaciam:qui aquilam obſidione acerbius premebat:in Martini pontificis maximi & ipſius etiam re
ginæ contemptum:& detrimentum refringeret:atque obtereret. Non difficulter ꝙ petebat:impetrauit. Nā
tum regina Bracium timebat:ne ſi aquila potiretur cum & capuam haberet & alia plæraq; oppida regni ſui:
ſentiretq; cum alphonſo:ſe uniuerſo regno ſpoliaret:tum Franciſcus ſphortia partis philippi ſequi quodam
naturæ ductu maiorem imodum cupiebat:præſertim ꝙ etiam noſſet ea fuiſſe mente eo animo patrem ſphor
tiam ut omnia in poſterum ageret ex philippi ſententia:accepiſſeq; iam ab illo aureū nūmum duodecim mil
lia:quo & ſeſe una cum reginæ eccleſiæq; exercitu opponeret Bracio:& in proximam ætatem cum imperio
equitum decemmillium ac peditum quinquemilium in ethruriam proficiſceretur aduerſus florentinos fran/
ciſcus igitꝰ ſphortia agens ætatis annū iā tertiū & uigeſimū ꝓficiſcitꝰ noīe Mediolanenſiū ducis philipdi ma
riæ ꝓ martino pontifice & Ioanna regina ſiciliæ aduerſus braciū:qui aquilam urbem cōſtantiſſime ſimul &
acerrime oppugnabat. Erant in ea eccleſiaſtica expeditione cū Iacobus caudola & Michael Attendulus duo
q; Lodouici ſeuerinas:& colūba tū etiā tartaliani eqtes:nā Tartalia ipſe duobus ante annis martini pōtificis
iuſſu Auerſæ fuerat obtrūcatus:atq; alii cū iis una ꝑmulti & illuſtres & magni uiri. At Bracius aduenientiū
cōtra ſe uiriū nō ignarus ut erat ui[illegible]io ingēti pugnādiq; eque atq; bellādi callētiſſimus:cū collē:ꝑ quem illis
iter futuꝝ erat:duobus munierat caſtellis cū ꝑſidio peditū circiter qnq; milia:ad radices aūt collis qua illis de
cenſus erat in cāpeſtrē planiciē:quæ collē ab aquila dirimit:oīa aquis ex ꝓxima foſſa ui deductis in ſtagni ſi/
militudinem complerat Inde ſua ipſe tenebat caſtra cum equitibus ad quattuor milia exercitatis & fortibus:

Numicꝰ
Aeneas.
Bracius
Orthon
Orthōis
Orthōa
accuſati
uꝰ ē græ
cus
Peligni
Beneuē
tum
Ioanna
regina
Neapo/
lis
Auerſa
Alphon
ſus rex
Hiſpāia
citerior
Petrus
Gottha
lani
Philip.
Maria
dux
Guido
torellus
Berardi
nus
Vbaldi
nus
Iacobus
caudola
Bracius
Philip s
Maria
Bracius
Aquila
Martinꝰ
pont.
Caupa
Ethruri
Forētini
Iacobus
caudola
Michael
Attēdu.
Lodoui
cus ſeue
rinas
Lodo.
colūna
Tartalia
ni eqtes
Tarta/
lia
Auerſa

Nicolaꝰ picininꝰ Collis ſanctæ Mariæ

quos omnis in quattuor & uiginti ordines ad pugnam inſtruxerat. Nicolao picinino uiro bellicoſo & im/
pigro cum equitibus quadringentis & ualido peditatu e regione urbis in colle: qui uocatur ſanctæ mariæ ad
manipulum: nequis impetus ex urbe erumpens ſuos pugnantis ad terga adoriretur. Præterea ſpe uincendi
ea maxime ducebatur Bracius: quod exiſtimaret hoſtium duces propter ambitionem nunquam inter ſeſe cō
uenturos. Sed tantam uim habuit manſuetudo: ingeniiq; dexteritas: ac facundia noſtri principis & monen/
do: & hortando: & ſuadendo: ut ne minima quidem animorum irritamenta in uniuerſo illo exercitu inter/
uenerint. Conſederat igitur eccleſiaſticus exercitus ex altero collis illius latere: quem Bracius caſtellis: pedita
tuq; munierat: ad ſeptem millia paſſuum iter ab aquila: cum aduenit a Bracio cum litteris tubicen: quibus: il
le duces omnis & prouocabat: & hortabatur ad pugnam adens eis per ſe licere: & ſine nna prorſus uel mole
ſtia: uel impedimento: & aſcenderent collē & ex colle in campum equum deſcenderent: idq; iureiurando in/
uiolatum fore affirmabat. Quibus abditis cum ſilentium a cunctis ducibus ſeruaretur: conuerſus Franciſcus

Frāciſcꝰ picolpaſſus Mediolanum

Sphortia ad legatum apoſtolicum Franciſcum piccolpaſſum integerrimum illum uirum: & ſapientem: qui
poſtea Mediolani archiepiſcopum geſſis: ſi iuſſeris inquit pater reuendiſſime: poſteaquá nemo audet reſpon
dere: ipſe ut iuuenis reſpondebo: reſponde igitur inquit ille ſubridens. Tum coniectis in tubicinem ſuis uigē
tioribus illis oculis ac ueluti radiantibus dicito inquit Bracio nos pro arbitrio noſtro uenturos aduerſus ſe
ſe uel inuitum: & in ſuam quidem rem malam. Captato igitur tempore ex communi ducum omnium conſi/
lio collem aſcendunt inſtructa acie: eaque diſtributa in equitum ordines uiginti pari fere numero Bracianis:
peditibus uero quingentis ac mille. Poſt hos omnis ſequebantur impedimenta: & qui ad miniſteria accom/
modati ad pugnandum uſui haud eſſent. Cum illuxiſſet cœpere ad radices collis deſcendere: & omnes quidē
pedites: nam propter callis anguſtias ac rupis difficultatem coacti ſunt omnes equo deſcendere: At Bracius
ſiue quoniam iureiurando per litteras ſe obſtrinxerat liberum deſcenſum illis fore in campeſtrem planiciem:
ſiue quia ut erat animo excelſo & inſolenti: iactabundus inter ſuos prædixerat propterea ſe illis liberum præ
bere deſcenſum: quo nemo prorſus ex ea pugna euaderet; ſuos omnis continuit intra aciem: donec uniuerſus
ille exercitus in æquo conſtitit campo. Dein collatis ſignis pugna conſeritur intra ſecundum lapidem prope

Pugna cōſeruit

aquilam maximis utrinq; uiribus: & exæſtuantibus animorum ardoribus: ac ſummo cum uitæ periculo uni/
uerſum certatur diem uaria: mutabiliq; fortuna utrinq; uulnera: utrinq; cedes. Nec uno in loco prælia: hac fu
giunt: illac præmunt. Inter ſpem: ac metum omnia tumultuantur. Idem eodem fere momento & uictores &
uicti: cum tandem eccleſiaſtico cedente exercitu: præmentibuſq; robuſtius bracianis: ac iam prope uictoribus
Hic generoſo: & inuicto animo adoleſcens tanquam e ſpecula quadam inter fortiſſime dimicandum ultimi
diſcriminis magnitudinem conſpicatus ueluti horrendum aliquod fulmen in cōfertiſſimum mutuis iter ſeſe
uulneribus digladiantium agmen tanta ui: tanto impetu irruit: ut cum in ipſum bracium inter omnis generis
tæla ac cedes peruicatius fertur: hunc ille inopinato metu perculſus capiti ſuo infeſtius imminentem diſtricto
gladio haud amplius ſuſtinuerit: ſed confeſtim auerſo equo celerem uerteretur in fugam deiecta ultro ex ca/
pite caſſide ne poſſet agnoſci. Erat enim Bracii caſſis ſerico tecta purpureo: & argenteo torque inſignis: quē
eminentiores pilæ argenteæ decorabant. Cum ita Franciſcus ſphortia per innumerabilia occurrentium uul/
nera bracium inſequitur: effectum eſt deniq;: ut & ille fugiens ab expedito & audaciſſimo equite ſphortiano
Fulignato in occiput lœtale uulnus exciperet: & ita repente ex equo ruens ſuum uniuerſum exercitum ſecum

Fulignatus Euripides polynices Nicolaꝰ picininꝰ

in ruinam traheret. Ex quo intellectum eſt: quod apud Euripidem ait polynices. Securus imperator audaci ꝑ
ſtat. Dum ſibi Bracius certam uictoriam pollicetur iuſſis tum iis pedibus: quos præſidio locarat in caſtellis:
ne prius hoſtis a tergo adorirentur: q; ipſe iuſſiſſet: tum etiam Nicolao picinino: ne ſe ullo ſui diſcrimine lo/
co moueret: & iubendi: & uiuēdi finem ſortitus eſt. Nam eo uulnere poſtridie animam efflauit tertio nonas
Iunias: & aquilam miſerabili excidio liberauit. Nec illud certe ſilentio eſt prætereundum Franciſcum ſphor
tiam: Bracius ubi primum in caſtra ſemianimus eſt relatus cœpiſſe illum amicis: mitiſſimiſq; uerbis ad bene
ſperandum cohortari: ſuoſq; medicos ad eum curandum q; diligentiſſime adhibuiſſe: nihilq; omnino præ/
termiſiſſe. q; uel ad optimi uiri: uel ad fideliſſimi amici officium pertineret: demūq; ubi illum extremus deſe
ciſſet ſpiritus non ſecus illachrymaſſe: ac ſi pater extitiſſet. Cæterum poſteaquá Franciſcus poſt tantæ uicto/
riæ gloriam iuiſſet in urbem romam pontificis Martini & uiſendi & ſalutandi gratia: tum eſt ab illo paterna
quadam exceptus dilectione: honoratuſq; egregie tum etiam hanc laudem reportauit ut diceret Martinus.
Es tu ſane fili noſter cariſſime Franciſce ſphortia & ſpecioſus: & prudens & robuſtus: & fortis: ac facundus
& de Romana eccleſia bene promeritus: abi igitur in dei benedictione & de nobis tibi i chriſto Ieſu omnia

Philippus Maria

pollicere. At Philippus Maria cum in dies magis atque magis incrementa probitatis: atque conſilii uideret i
Franciſco ſphortia coaleſcere: maximo curauit ſtudio: ut eum omnino ſuum efficeret. Itaq; & martini pon/
tificis opera: & magno ſuo honorificoq; ſtipendio hunc ad ſe accerſitum multis maximiſq; in rebus & belli:
& pacis exercuit. Venit is primum Mediolanum: cum ageret quartum ac uigeſimum ætatis annum: quo ipſo
etiam anno diuina quadam prouidentia nata eſt Blanca Maria pridie Kalendas apriles. Sua uero tum præ/

Natalis Blancæ Mariæ

ſentia & oratione: tum etiam prudentia: atque morum grauitate: & elegantia non modo æquauit: ſed mirū
modum ſuperauit omnem de ſeſe apud Philippum expectationem adeo: ut uel ex eo tempore conſiliū Phi/
lippus id inierit: quod paucis poſt annis abſoluit: unius ſibi Franciſci Sphortiæ & generi faciūdi per natam
infantulam: & per adoptionem una cum filia bonorum oīum hæredis ac toti imperii ſucceſſoris cōſtituēdi.

Fuit enim Philippus maria ſupra omne hominum genus. qui ea tẽpeſtate reliquos prĩcipes lõgiſſime ſuparit
intelligendo & iudicando. Quare Franciſcum unum ſingulis pene diebus ad ſe accerſitum cum libenter au/
diebat de rebus maximis: & grauiſſimis accute multa: cupioſeq; loquentem: tum ipſe quoq; per multa ex eo /
percunctabatur acriter excogitata & callide: ad quæ ita ſtrenuus adoleſcens alacriter: ac prudenter reſponde
bat. ut diuino potius: q̃ humano præditus uideri poſſet ingenio. Interea uero temporis cum reſpublica florẽ
tina ipſius Philippi Mariæ uiribus grauius p̃meretur: eoq; foret iam res deducta: ut ſuæ libertati metueret plu
rimum mittuntur a Florentinis ad uenetos legati: qui per multam in philippum expoſtulationem eos doce/
rent: quãto eſſent in periculo: quodq; diutius ſoli tantam belli mollem ferre non poſſent: & q̃ uniuerſæ italiæ
metuendus Philippus foret ob ingenii uerſutiam: auiditatemq; dominandi. Nec enim credendũ eſſe quietẽ
Philippum dein acturum occupata florentina republica. Congerebant in illum delicta plurima acutius ex/
cogitata. Superiora tempora memoriter referebant: quibus Philippi maiores ab italia perturbanda nunquã
deſtitiſſent: Mediolanum officinam eſſe belli inuidioſo nomine dictitabant. Solamq; eam urbem ex uniuer/
ſo terrarum orbe: tum ob munitiſſimum loci ſitum: quem tria ingentia flumina padus. Addua. Ticinus red/
dunt undiq; tutiſſimum ab omni oſtium impetu: tum ob frequẽtiam populi: quæ eſt maxima: nuliuſq; rei ne
q; ad uictum neq; ad uitæ cultum indigens: tum etiam ob opificium multitudinem: ac uarietatem bellis creſce
re: ac locupletari. Quãobrem poſtulabant: contendebant: obſecrabant: ut auxilio ſibi: præſidioq; eſſent. At
ueneti & ſi nõ obſcure aĩaduertebant: quo magis augeretur philippi imperium: eo rebus ſuis futurum pericu
loſius: tamen ad bellum capeſſendum nulla prorſus iniuria ab illo prouocati nõ facile adducebautur: præſer
tim quod ſocietas etiam intercederet in alterum quinquẽnium ex icto fœdere duratura. Tum unus ex lega/
tis florentinis Rainaldus albitius uir nõ minus elatus: & audax: q̃ diſertus ubi uidiſſet nullis ratiõibus uene
tum ſenatum adduci ad ferendum ſuæ reipublicæ auxilium in philippum. Vos inquit patres conſcripti cum
annis ſuperioribus Genuẽſibus auxilium ueſtrum implorantibus id illis ferre noluiſtis: fecerunt Philippum
Genuenſes dominum: qui nõ erat: eadem nos ratione illum reddemus regem: quo uos propediem imperato
rem conſtituatis. Quæ cum dixiſſet turbato ac minaci uultu: e ſenatu abiens una cum cæteris legatis diutius
nihilo cunctatus ex urbe deceſſit florentiam redditurus. Tum ueneti de re nixius conſultantes in maximã in/
ter ſeſe uenere diſceptationem: cum alii honeſtatem tuerentur: alii utilitatem. Tandem uero Fredericus conta
renus uir grauiſſimus inter Venetos: idemq; diſertiſſimus: adductis multis ratiõibus: & exemplis tum roma
nis: tum peregrinis: quibus argumentaretur non omnia promiſſa ſeruanda eſſent: uel inſidioſa: uel iniuſta: &
ea præterea quæ honeſta fuerint ſolere mutari cum tempore: atq; illos omnis iniuſtos eſſe qui: nõ propulſant
cum poſſunt. iniuriam uel ab ignotis: adderetq; magnam utilitatis uim rapere ad ſeſe honeſtatis & dignitatẽ
& nomen. Ad hæc quãtam calamitatem uenetæ reipublicæ poſſet afferre uictoria Philippi de florentinis: cũ
& dominaretur genuẽſibus: & ſocietatem haberet cum Martino pontifice maximo. & de Ioãna regina oĩa
quiret pro uoluntate decernere. Næc enim defuturam Philippo cauſam inferẽdi belli in uerona: atq; uicẽtia
pro iure patrio repetẽdis. Huiuſmodi inq̃ ratiõibus: aliiſq; q̃ plurimis ſenatũ perpulit Fredericus ad ferendũ
Florentinis auxilium: quod petebant: ubi minus ſe Philippus a bello retraheret. Quam q̃dem rem eo facili/
us perſuaſit: quod Franciſcus cremagnola: qui non multo antea trãſfugerat a Philippo ad uenetos: eos ĩ ma
gnam ſuſpicionem iniecerat: de illius aduerſus ſe uolũtate celeris uictoriæ ſpem afferens. Præterea dux ille pru
dẽtiſſimus Franciſcus foſcarus: cuius auctoritas erat apud omnes maxima: uno ſolum quæ Fredericus diſſer
uerat: comprobauit: uerum etiam accuratiſſima oratione oſtendit ultimum in rempublicam Venetam excidi
um peruenturum: ubi minus & q̃primum: & fortiter aduerſus Philippum bellum capeſſerint. Confeſtim er
go ex itinere legatis florentinorum reuocatis ſocietatem: quam petebant: ineũt: ac firmãt æquis cõditionibus
Dein miſſis e ueſtigio Mediolanum oratoribus Philippum monẽt: ut ab omni in florentinum populum ui
iniuriaq; deſiſteret: quod ſi ſecus faciat: fore: ut ſponte cauſam ſuam ageret. Quod uenetorum quaſi edictum
cum Philippo inſolentius uideretur: primo cœpit ſtomachari: dein ſecum animo uoluntas haud ſolere uene
tos ſe iniuſticiæ obnoxios unq̃: facere: fœdus decẽnale iam quinto ãno antea percuſſum. ac mutua ſocietatis
iura afferebat. Præterea Florẽtinos belli aduerſus ſeſe auctores extitiſſe: qui nulla iniuria laceſſiti ultro armis
fuerit ſe adorti. Quæ dum citro: ultroq; geruntur: clam ueneti parant omnia: quæ ad bellum attinẽt. Næc ita
liæ ſolum. Sed peregrinos quoq; potentatus excitant accinguntq; in Philippum. cum is nulla ratione adduci
poſſet: ut crederet uenetos tum ob inueteratam: ac perpetuam amicitiam: tum ob initã nouiſſime ſocietatem
quicq̃: quo ſibi incõmodarent: temptaturos. Sed longe præter eius opinionem cecidit. Interea enim tempo/
ris Gelphi brixiani factionis eius auctoribus Petro Achilleq; aduocatis ambobus & fratribus: & opulentis
& apud ciues municipeſq; cariſſimis audita uenetorum. ac Forentinorũ ſocietate deficiunt a Philippo ad ue
netos eis dedita ea urbis parte ubi gebellini minus habebãt uirium. Nam urbiculæ: quas hi potiſſimum inha
bitant: ſtabãt: & uetus quæ uocatur: & noua una cum ſubiecto ſuburbio: atq; arcibus tam portaq;: q̃ ea quæ
ualidiſſima eſt in ſummitate urbis pro duce Philippo res autem geſta eſt noctu feria prima: qui dies eſt ſolis
ad ſextumdecimum Kalendas Apriles: anno a natali Chriſtiano ſexto ac uigeſimo ſupra quadrigẽteſimũ: &
millesimum. Equites nulli hoſtiũ ea nocte in urbem ingreſſi: nec alii prorſus ulli præter pedites octingẽtos a
cremagnola excõpoſito ſubmiſſos: & frequentem municipum manum quos ii fratres ex eadem factione clã
collectos muro per inſidias fracto ſecum adduxerant. Erat Franciſcus Sphortia p̃ id tẽporis Mediolãi apud
Philippũ: ſed eius milites alii apud montem clarum alii in proximis mũicipiis hibernabãt. Qua q̃dẽ re eadẽ

Floren/tini
Veneti
Medio lanum
Padus
Addua
Ticinuſ
Veneti
Rainal dus albitius
Genuẽ/ſes
Frederi cus con tarenus
Genuẽ/ſes
Marti/nus.
põ. ma.
Ioanna regina
Verona
Vicẽtia
Fr. Cre magno la
Frãciſc⁹ foſcaruſ
Medio lanum
Brixiãi
Gelphi
Petrus achilles aduoca ti
Gebelli ni
quo tpe brixiãi defece/rit a phi lippo duce
Crema/gnola
frãciſcuſ ſphor.
Medio.
Mons clarus

nocte audita brixiam adequitantes in urbiculas mane excepti ſunt. Qui urbem tradiderāt Venetis mox eius
uias doliis humo completis tranſuerſis trabibus repagulis: & cathenis muniebant: neq; ſubitꝰ impetus rem
peruerteret prius: q̄ cremagnola cum uiribus aduenisset. Philippus ea re rumoribus: ac nuntiis curriculo au/
dita Franciſcum in ſubſidium mittit: qui incredibili uſus pernicitate feria tertia: qui dies eſt martis cum reli/
quis ſuis copiis ex altera ipſe parte urbiculas eſt ingreſſus: ex altera uero eodem tempore in urbem cremagno
la cum equitibus quattuor millibus: ingentiq; peditatu. Reliqui autem omnes ducales exercitus in flaminiis
agebant: & in ethruſcis contra florentinos. Conſpirant præterea una cum uenetis in Philippum mariam hi
omnes: Amideus dux allobrogum: quos nomine deprauato a ſabbatis montibus ſabbaudienſes pro ſabba/
tenſes appellant. & eluatii: & tres illi Marchiones Montis ferrati æſtenſis mantuanus ad hæc potentiſſimus
rex Alphonſus: qui una cum fliſcis: fregoſis: & adornis rem genuenſem mari. terraq; turbabat. In tot: & tam
magnis: tamq; periculoſis: & repentinis rerum difficultatibus ſolus Franciſcus Sphortia Philippi ducis &
ſuſtinebat: & tuebatur imperium: quæ aſſidue die: noctuq; ex urbiculis aduerſus hoſtes in urbem erumpens
eos continuis præliis laceſſere: urgere: uexare: cedere interimere: ac nunq̄ quietos ſinere: tantáq; in deſperatio
nem agere cremagnolam: ut mentis fere atq; ſenſus inops quid cōſilii caperet: eſſet neſcius: quippe qui ſupio
ribus temporibus cum pro Philippo militaret: uincere ſemper conſueſſet: nunc ipſe quottidie uinceretur.
Quare quoad conſerenda manu abſtinebat: idq; totum ei negocium erat ut caſtellis e regione portarum ob/
iectis per catapulatas: & plumbeas pilulas: moleſq; bombardarum Franciſcus Sphortia a frequenti eruptō
ne coerceretur. At dux Philippus huic magis: q̄ brixiæ metuens immiſſa in urbiculas ualida peditum manu
Franciſco iubet: ut ab eo præſidio ad montem clarū ſe recipiat: & in proxima municipia: donec coactis ali/
is exercitibus ex ethruria: & flaminia obſidentes præmantur obſidione. Paret Franciſcus: ac per medias ho
ſtium monitiones ubi illuxiſſet: poſt quadrageſimum: ex quo uenerat: diem cum ſuis omnibus erūpens uno
impetu: ſtrenuaq; ui inter occurentium tæla ac iactus ex urbe egreditur. Hunc inſequitur maximis uiribus cre
magnola: cuius ille inter equitandum ferociam ſæpe conuerſus reprimit: ac detundit. Sed ubi uentum eſt in
campeſtre ſpatium montis clari: tum facta phalange alacerrime fertur collati ſignis in cremagnolam: ubi pul
cherrimum erat uiſu: q̄ & conſtanter: & fortiter pauci ſphortiani cum tanto uenetorū exercitu ad adoleſcēs
adhuc Franciſcus cum franciſco ueterano diu: multumq; dimicarent. Eaq; de utroq; & duce: & exercitu opi
nio apud omnes conſtitit: niſi nox pugnam ſuo interuentu diremiſſet: nō minorem de cremagnola uictoriā
fuiſſe Franciſcum ſphortiam eo die conſecuturum. q̄ꝫ eidem antea de bracio contigiſſet. Cæterum hic in mō
tem clarum ſe recepit: & ille in urbem brixiam ad urbiculas oppugnandas. Quo magis ipſe mecum: magiſ/
q; conſidero admirandam illam: ad prope diuinam Philippi mariæ ingenii acrimoniam: eo magis illum mi
hi uideor cæteris mortalibus præſtitiſſe & conſilio: & prudentia. Non præſentia enim modo ſumma indu/
ſtria; diligentiaq; gerebat: ſed futuris quibuſq; caſibus ita grauiter: ſapienterq; prouidebat: ut nihil unq̄ ei ac
cidere poſſet inopinato. Videbat ſibi eſſe bellum cum duabus potentiſſimis: & locupletiſſimis rebus publi/
cis: quibus ſe pecuniarum magnitudine: quæ belli ſunt nerui: longe inferiorem intelligebat. Quæ eni aut pri/
cipis aut regis cuiuſq̄ uires adeo firmæ ſint: quas uenetorum: Florentinorumq; pecuniæ nō frangant: ac peſ
ſundent. Itaq; nullum ſibi præſidiū firmius ducebat: & certius unius Franciſci ſphortiæ fide: integritate: pru
dentia: animi magnitudine. Accedebat ad rem: quod ex mathematicis: uatibuſq; didicerat eundem Franciſcū
Sphortiam primum adhuc fore principem in italia: & qui ſolus afflictas Philippi res: ac pœne perditas ui/
tali ueluti afficeret ſenſu: & in lætiorem fortunam erigeret atq; ſtabiliret. Quibus cogitatibus factum eſt: ut
uitæ Franciſci ſphor. Philippus mallet: q̄ brixiæ recuperandæ conſulere. Nam quod ſæpe dicere poſtea Phi/
lippus cōſueuit: niſi Franciſci ſphortiæ uita carior ſibi q̄ brixia extitiſſet: nunq̄ brixiam amiſiſſet. Sed ut ad
rem: qua decepimus: reuertamur: cū dies: ac noctes murum nouæ urbiculæ & bombardaꝝ & uariorum tor
mentorum molibus cremagnola concuteret: nec intima philippi præſidia minore aut ſtrenuitate: aut iduſtria
ad repugnandum uterentur: aduenere tandem ex ethruria & flaminia ducales exercitus: q una cum ipſo Frā/
ciſco prope brixia conſederunt ad duomilia paſſuum hoſtis incluſos prouocantes in pugnam. Aberat per id
temporis cremagnola: qui ſibi metuens ab aduenientibus copiis ſimulato laterum dolore perrexerat ad bal/
neas patauinas. Qui uero pro imperatore intus erat Ioānes Franciſcus princeps mantuanus pugnandi iis co
piam nullam faciens urbiculæ expugnatione erat intentus. Hic ſi uni Franciſco ſphortiæ fuiſſet obtempera/
tum: & brixia eſſet minimo labore recuperata: & de hoſtibus pulcherrima ſumpta uictoria. Conſulebat eni
ut omni cunctatione ſublata per urbiculas in urbem ingreſſi Venetum hoſtem adhorrirētur prius: q̄ & a Ve
netis maiores cogerentur uires: & a Florentinis auxiliares copie mitterentur. id conſilii ſolus Nicolaus pici
uinus & probat: & laudabat. Nam Angelus pergulanus: & Cæſar brixianus: & Nicolaus guerrerius & cū
his Ciechus patauinus: cæteriq; duces Franciſci gloriæ inuidentes ſecus: q̄ꝫ ſentirent: omnia gerebant: quibus
diſſenſionibus factum eſt: ut & cremagnola in meliorem adductus ſpem reuerterit ex balneis ad exercitū: &
ueneri maioris quottidie copias compararint: & florentini in auxilium miſerit Venetorum exercitatiſſimū
quem habebant: & prudentiſſimum imperatorem nicolaum Tholentinatem cū equitū quattuor millibus &
duobus millibus peditū. Nā ipſi oī belli moleſtia liberati iā nihil ſibi neq; in ethruria: nec in flāminiis metuē
dum eſſe intelligebant. Is Nicolaus Tholentinas ubi primum brixiam uenit: cognita ducalium ducum diſſē
ſione maturandum eſſe arbitratus: ne ſi illi fortaſſe reſipiſcerent: difficilior foret bellandi prouincia ingentē
foſſam deduci iubet in longitudinē ad paſſum quinq; millia. qua trāſitus prohiberet hoſtibus ad ullum oio

Flami/nii
Ethru/ſci
Amideus dux Sabbati montes ſabaudienſes
Eluatii
Mar/chio montis ferati
Mar/chio æſtenſis
Mar/chio mātua/nus
Alphō/ſus rex
Fliſci
Fregoſi
Adorni
Mons clarus
Mathe/matici
Vatos
Balneæ patauiæ
Ioānes Franci/ſcus Mar/chio
Nicolaus pici/uinus
Angelꝰ pgula/nus
Cæſar Brixia/nus
Nicolaus guererius

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

aut auxilium ferẽdũ obſeſſis: aut minime cuiu'q̃ opis adminiculum. Erat autem ea foſſa & aggere: & uallo. &
caſtellis nonnullis atq; frequentibus munita turribus: ac pluteis acta in latitudinem paſſus duodecim: & tan/
tũdem ferẽ in latitudinem. Venetorum. Florentinorumq; exercitus complebantur hominibus ſupra triginta
millia. Philippi autẽ ducis ad tria ac uiginti milia: Eq̃tatus utriſq; pene par. Sed hoſtium peditatus multo ſu/
perior. Cum hec uenetis ſuaſu Nicolai Tholẽtinatis gerũtur uoluit ſæpenumero Frãciſchus ea molientis ado
riri. Non modo habuit neminem preter unum Nicolaum picininum qui cum eo ſentiret: ſed omnes potius
aduerſantis. ſeq; apud philippum iſimulatis quod clam uenetis faueret. Quas obtrectatoꝝ inuidentiumq; ca
lumnias quãuis non obſcure franciſcus reſciſceret nunq̃ tamen induci potuit ut illorum mallet ſimilis eẽ quã
ſui eum tandem poſt urbicularum muros continuis tormentorum ictibus terre æquatos. Antonius Landria/
nus ac cæteri fortiſſimi uiri: qui arci præerant: rei frumentariæ: cõmeatuſq; defectu hõeſtas pacti in ſumma ne
ceſſitate conditiones arcem hoſti dediderunt poſt menſem: & annnm unũ: ex quo die Petrus Achileſq; aduo
cati urbem Venetis prodidiſſent. Reddiderat ſæpe iam Franciſcus ſphortia philippum ducem & litteris &
nunciis certiorem ſe plurimum nereri nequid aduerſi eius exercitus caperent idq; ob ſolam ductorum diſcor
diã. itaq; eum monuerat aliquẽ uniuerſis preficeret copiis cuius ſaltem auctoritati audiant cæteri. ſe enim ſem
per paratum fore: q omni in re pareat iuſſis eius legitur a philippo totius imperator exercitus Carolus mala/
teſta piſaurenſis quẽ mouet ut copiaꝝ ſuarum duces audiat quidem omnis: duorum autẽ ſolum conſilia exe/
quatur Franciſi ſphortiæ Guidoniſq; torelli. id ſi factum eẽt conſlictus ille qui uocatur ad Machalum nunq̃
profecto accidiſſet. Erant ducales uires ad compilianum. Veneti uero ad fontanellam. Quinto idus octo/
bres qui dies erat ſolis: & idem dicatus omnipotenti domino: iubet Carolus nemo ea luce bellãdi gratia eq̃
aſcendat: ſed diuine uenerationi quiſq; ſtudeat. Hoſtes illius inſcitiæ non ignari peditem inſtruunt qui petitis
ducalibus caſtris Nardinum peditem Sphortianum ad ſingulare certamen pronocet. ille ut militaris mos eſt
non derectat pugnam itur in duellum ſolus Franciſcus ſphortia ſpectat armatus idq; ut ceteri faciant: monet
Et imperator ob audit: & cæteri negligunt. inter duelli ſpectaculum celeri agmine acieq; uniuerſa ad pugnan
dum inſtructa Cremagnola ſuperuenit ea uia: q̃ Machalaũ itur Angelus pergulanus: & Nicolaus idẽ peruſi
nus: cui ex breuitate corporis picinino cognomentum erat dũ illac per ocium obequitantes inopinato in ho
ſtilem exercitum incidunt. intellecta periculi magnitudine quo reliqui & duce: & comilitones ſe parẽt ad pu
gnam ita ut erat leui armatura manum conferunt. Tumultuarii milites concurrunt undiq; pro ſeſe quiſq; nul
lum uite periculũ detractantes. Verum quid & pauci & inermes & inter paluſtris difficultates q̃ant tãtam
uim tantum impetum ſuſtinere aduerſus callentiſſimũ iperatorẽ: & uiginti millia equitũ tantũq; peditatum
Equitatus hoſtilis uiam omne occuparat At pedites ad utrãq; uiæ illius partem ex paluſtribus longis lanceis
catapultis: ac iaculis ducalis milites atq; equos paſſim tranſfodiebant. Quid multis Vix dici queat: quanta ce
citas oculos quãtus error mentes ducalium & militũ & ducũ in ea uia ad machalaũ interceperit adeo ut ex ce
citate erroreque pugnandi Machalaum accepiſſe nomen uideatur. Omnes enim ſubito perinde atq; excor/
des & amentes in fugam uerſi nihil preter cæcas corporis partes hoſtibus obiecere. Solus Franciſcus ſportia
tanq̃ irritatus draco ex eo duelli ſpectaculo prouolans ad clamorẽ dum ac illac fulmineum corruſcat enſem
illias uulneratis aliis interemptis tum Angelum pergulanum ex hoſtiũ trahẽtium manibus captum liberat: tũ
ẽt tandiu irruẽtium molem ſuo maximo cum uitæ diſcrimine ſuſtinet ut & cæteri ductores minore cũ dedeco
re ſeruarent: & ipſe ſua cũ ſumma laude ita dimicans referret pedẽ: ut receptui cecinaſſe: non euaſiſſe iure fo/
ret iudicandus. Cæterum philippus ea ingẽti clade pcuſſus accomodato cõſilio tẽpori p bergomi deditionẽ
cum hoſtib⁹ bellum ſoluit anno ſecundo poſt libere potitos brixia uenetos Quo quidẽ tẽpore q̃m ſolus fran
ciſcus ſphortia & animo uideretur inuictus & corpore: mittitur a Philippo in auxilium genuenſium quos ut
modo memineramus. & Alphonſius mari & exules terra quietos eẽ non ſinerent. Superato aũt appennino
inter loca cõfraga: & prærupta ii quos ſibi amiciſſimos dux philippus exiſtimat uſi ligurum ſcilicet fide: & cõ
ſtãtia circunfundunt undiq; cũ tanta catapultarum ui. & omni miſſiliũ genere ut non ſecus: atq; alpina gran
dine omnia tælis paſſim ſternerent. Dura profecto: & horrẽda uniuerſis militibus uiſa eſt ea tam repẽtina pu
gnãdi facies preſertim cũ non pugnãdi modo ſed ne ſtãdi quidem ob locoꝝ malignitatem ulla facultas eſſet.
Itaq; ſibi quiſq; diffidere ac iã dedendi ſui habere rõnẽ. quod cũ Gerardus gratianus ipſius Franciſi propin/
quus uirq; fortiſſimus equo intra cautes lapſo feciſſet: ſeq; unius accole fide crediſſet: ſtatim ab illo ubi caſſi/
dẽ poſuiſſet ſcorpionis cornu pcuſſus in caput interiit: q̃d liguris facinus corã Franciſcus intuitus & illi con
tinuo reſciſo enſe ceruice uitã abſtulit & reliquos ſuos per uaſſam urgẽtium cædẽ hoſtium ad caſtellum Ron
chum egit incolumes quo in loco a femina nobiliſſima iliana ſpinula cuius erat caſtellum & per benigne ex
ceptus ẽ & q̃ honorifice. inde autem genuenſium rei ea ſtrenuitate fortitudineq; proſpexit ut omnes: Alphõ
ſi regis exulũq; conatus fruſtra ſuſcepti fuerint Et ne ab iliana ſuperatus animi gratitudine uideretur tum ei⁹
filiam nobili uiro non parua cum dote uxorem tradidit tum ipſam & habuit ſemper in honore: & continuis
beneficiis affecit. At ne prætereundum quidem reor. qualem ſe preſtit in Montis ferrati Marchionẽ Theodo/
rum palæologum quem cum intra paucos dies quoniã nulla quam non modo affectus iniuria ſed multis ſæ/
pe ornatus beneficis ſecunda uſus Venetorum fortuna bellum ultro Philippo intulerat patrito auitoq; om/
ni dominatu eieciſſet ſolus dei auctor fuit ut in poſſeſſionẽ amiſſi modo principatus per Philippum reuoca
retur Confugerat enim Theodorus ad uenetos quorum preſidio ubi intellexit ſe nihil omnino effecturum ui

flaminiĩ
Brixia
foſſa q̃lis exercitu um nu/merus
antoniuſ landria/nus
arcis brixianæ deditio
Carolus malate/ſta
fr. ſphortia
Guido torellus
Macha/laum
Compi/lianum
fontanella
nardius
Pugna Macha/laum
angelus
nicolaus picini/nus
Confli/ctus
Macha/laum nomẽ ẽ græcũ cõpoſitũ ex mache q̃ pugnã ſignificat & alios cæcũ & errãtem
Angelus pgulãus
Bergo/mum
Genuẽſes
Alphonſus rex
Appen/ninus
Ligures

Mons caluus; Diuus frāciſcus; Maria Virgo; Paulus guinigi/us; florētini; luca; ucenſes; gallia ciſ alpina; Ethruria; Mirādu la.; Appulia; florētini; luca; guido antoniuſ urbinas; philipp⁹ maria; nicolaus picinin⁹; ueneti; frāciſcus crema/gnols; Suncinū; nicolaus taruiſia nus; Padus; Cremōa; galeoneſ cuiuſmo di ſunt; pacinus Euſtachi us

deretq; Philippum ducem eē iure indignatum aduerſus ſeſe: franciſco ſphortia & deprecatore: & amico oīa
eſt ex ſnia ſua apud munificentiſſimum illum principem cōſecutus. Num uero laudatiſſimum illud franciſci
facinus ſilentio inuolui patiamur? Quo tempore montē caluū ui ceperat: uirgo pſtanti forma: honeſtoq; na
ta gn̄e cōfugerat una cū aliis multis: ut fit: in diui franciſci tēplum. Hāc miles quiſpiā ſphortianus eodē in tē/
plo ui ruptā: ac mariæ uirginis ſublatis flætibus: atq; hululatibus auxiliū iplorantem in ipſius Mariæ uirginis
ſacello cōpreſſit. Quod ipietatis flagitium cū primum franciſcus didiciſſet. tū illū iuſſit obtruncari inquiens:
neq; amorem odio: neq; religionem imundicia pollui debere: tum puellam ſoluta ex pecuniis ſuis dote uiro
tradidit: cui antea fuerat deſponſata. His autem rebus non ſapienter minus geſtis: q̄ fortiter: atque fortunate.
franciſco ſphortia ſtipendo ducali iam functus acceſitur a paulo guinigio tyranno lucenſi magnis premiis
iauxiliū. cōtra obſidionē Florētino℞ q̄ ad deditionē uſq; pmebat. admiſſa condicione eo cū expeditis uiri/
bus: firmiſſimiſq; profectus primo aduētu hoſtē uertit in fugā Paulumq; & lucā: atq; omnē lucenſē agrū om/
ni liberat & detrimento & metu: cū interea tēporis paulus tyrānus ut erat mercandi: q̄ regnādi doctior: quo
ſe omni ſollicitudine. metuq; liberaret: clā agit cum florētinis de lucæ deditione pactus ingentē auri uim: & ci
uitatis florentinæ donationem. Quod ubi aput lucenſes increbuiſſet: illi facto confeſtim impetu tyrannū ca.
ptiuū faciunt: aguntq; ad Franciſcum una cum eius liberis ac rogant: ut eo iterēpto ipſe urbis illius capiat do
minatū. at franciſcus & ſi intelligebat & quid paulus mereret & qd ſibi liceret tamen nequa in famæ labecu/
la ſuam innocentiā pollueret. detractato illius illuſtris reipublice munere quod ultro a ciuibus cūctis offereba
tur urbē liberā dimittit. Paulū uero cū liberis omni offenſione illæſum mittit ad philippum Mariā: cui no/
rat illū eē cariſſimū. Dein pacata re lucenſi in Galliā ciſalpinā ex ethruria reuertitur. gebat apud Miran
dulā Franciſcus eo conſilio: ut inde i appuliā pficiſceret cū florentini rurſus maximo cōparato exercitu lu/
cā obſidione premunt belli duce Guidone antonio comite urbinati: eamq; quottidie tormētis: & omni uin
cēdi arte conatuq; oppugnāt. Philippus Maria coactus ea neceſſitate auxilium ferre amicæ urbi miſſo Nico
lao picinino cum maximis copiis florentinos ſuperat pugna cum ipſo℞ igēti clade. itaq; rurſus turbata pace
ueneti maiore q̄ antea apparatu bellum aduerſus philippū mouēt & ipſe philippus rurſus maioreq; nuper &
ſtipēdio: & ſpe accito franciſco ſphortia accingit nō mō ad ipugnādū uiribus ueneto℞: atq; ſocio℞ ue℞ ēt
ad oppugnādū. Venerat franciſcus cremagnola cū magno equitū: ac peditū numero ut ſūcinū pditione reci/
peret Quod franciſcus ſphortia qui in agro hibernabat cremonēſi: cū per exploratores accepiſſet: obuiam p
fectus pugnā cōſerit: eūq; turpiſſimā uertit in fugā captis eqtibus qngētis: ac mille: peditibus uero ſupra quin
gētos. id aūt geſtū eſt ad ſextūdecimū calē. iunias. Neq; dein multos poſt dies maiore ēt clade ueneti eiuſdē
franciſi ſphortiæ ſingulari prudētia incridebiliq; uirtute perculſi ſunt. Claſis. enim ueneta præfecto. Nicolao
taruiſano padū iā ſuperarat ſupra cremonā uſq;. Eā conſtabat galeonibus maximis ſeptē ac triginta. triremi/
bus āt ac briemibus. aliiſq; nauigiis circiter cētū. Galeones uero aliquāto ſunt q̄ triremes breuiores ſed cū lati
ores: tum ēt multo ſublimiores: qppe qui ſurgāt in tabulata duo & ſemis pupibus & proris altius ſublatis at/
q; munitis turribus agunt aut ut triremes uelis ac remis. feruntq; ſup earuchos latioris pluteos: ex qbus ſingu
lis q̄ttuor: & ſex armati uiri iaculis: ac ferreis ſudibus & catapultis: & ſaxis atq; omni telorū iactu accertime p
lient. Contra uero ducalis claſis deuehit galeonib⁹ & aliorum nauigio℞ genere circiter qnquagnta cuius p
fectus erat Pacinus Euſtachius ticinenſis. is cum primum aduentaſſet in coſpectum claſſis hoſtilis: ut erat uir
animo minime demiſſo: & naturæ fluminis peritiſſimus ueritus q̄ imbribus paululum excreuerat: fore: ut de
creſceret ubi pugna protraheret: & ita deteriore ſe futurum conditione: in hoſtilē claſſem impetum facit pu
gna utrinq; ui magna alacriterq; conſerit cadunt utrinq; multi cruoreq; madent: omnia cum tādē noctis in
teruentu ab utriſq; pugna deſiſtitur amiſſis tamē e ducali claſſe Galleonibus quinq; quoniā a claſſe reliqua ſe
parati ab hoſtium multitudine circumuenti interceptiq; ſunt. Quo factum ē: ut in ducali claſſe pauliſper tre/
pidaretur id franciſcus ut animaduertit: lectis e militibus ſuis quos ad nauale plium maxime cenſuiſſet idone
os: ultro ipſe claſſem inſcendit: duobus prius ornatis: q ex eorum equitum ordine quos calippos nominant
ueluti ab ſe tranſfuge peterent cremagnolā qui ad tria millia paſſuum inde cum uniuerſo diſtaret exercitu quo
tēpeſtiue ſi uſi foret uenete claſſi auxilium ferret. Hi ergo calippi duo cum ueniſſent ad cremagnola māe mul
ta ut erant docti antea queſti de franciſco ſphortia ſubdunt interloquendum ducales copias omnis inſtructa
acie eē iam motas ad eum adoriendum. Quibus auditis dum ſuos cremagnola parat ad Pugnam claſſis du/
calis cū primum illuxiſſet unius franciſci ſphortiæ cohortatione Venetam claſſem inuadit magnis clamori/
bus magnoq; & animo℞ & corporum robore. franciſcus āt ipſe cum militibus ſuis conuerſo galeone quē
inſcenderat in eum. quo Præfectus uenetus uegebatur galeonem tanto animi ardore. tanta ui: tantis oppu/
gnant uiribus: ut Nicolaus taruiſianus nequiuerit diutius impetū ſuſtinere: qn ex ptorio Galeone in ſubiectū
myoparonē demiſſus deſerta claſſe fuga ſaluti ſuæ cōſuleret. Per magnā ea pugna cladē ueneti accepere qppe
q galeōes nouē ac uiginti amiſerit: & reliq̄ fere claſſē uniuerſā multis hominū milibus opibuſq; refertā. fuitq;
ea res uel i pmis cā ut frāciſcus cremagnola apd uenetos i eā pfide ſuſpicionē uenerit qua pximo āno poſtea
uenetiis eſt publice obtruncatus. Hæc enim pugna profligata eſt in pado non procul a Cremona anno a na/
tali chriſtiano primo ac trigeſimo ſupra annum quadringenteſimum ad milleſimum ſecunda feria nono calē

das iulias. Dein poſtero anno publi ce: ac magna cum celebritate. atque lætitia blanca maria nata iam annos
ſeptem deſponſata eſt Franciſco ſphortiæ: id quod anno ſuperiore philippus pater promiſerat: quo tempo
re hunc in uicecomitum familiam una cum ſuis omnibus filiis: poſteriſq; receperat: atque adoptarat. At ubi
rurſus ob claſſem amiſſam Veneti fœdus percuſſere cum duce philippo qui etiam ipſe tum ob Nicolaum pi
cininum apud labinæ pontem ad debilitatem uſque catapulta uulneratum ad ceruicis neruum ſub occiput:
tum quia maiora quædam: ut erat diuino quodam: & ingenio: & ſapientia princeps: animo moliretur: nõ in
uitus bellum ſoluit. Franciſcus ſphortia ex ſoceri ſententia abiens ex hac ciſalpina gallia in appuliam aduer/
ſus Alphonſum regem profecturus recepit inter eundum in ultroneam dedicionem picentes: qui ob durio/
rem prouinciæ adminiſtrationem ioannis uireleſci ricinarenſis epiſcopi: apoſtoliciq; legati defecerant ab eu
genio quarto qui Martino nuper uita functo in pontificatum ſucceſſerat. Quam quidẽ rem eugenius: ut erat
iuſticia: & innocentia ſingulari: nõ modo moleſte nõ tulit: ſed hunc potius in proximum annum & picini i
quartam uſq; progeniẽ marchionem eſſe iuſſit: & totius romanæ eccleſiæ uexelliferũ: donec uiueret: ſpõte cõ
ſtituit. Quid enim bella ea cõmemorẽ: quæ dein tam multa ſocero etiam philippo aſſentiẽte & pro uenetis:
& pro florentinis: & pro romana eccleſia cum ſuo maximo nominis ſplendore cõfecit. Haud ſatis ſcio: utri
magis accuſandi ſint: principe ne: qui ſeſe nimis quandoq; iis facilis ad credendum præbent: quos habent fa
miliaris: an principum familiares: qui aliquo ſuo uel cõmodo: uel affectu alia q̃ ſentiant: illis perſuadẽt. Erãt
Franciſcus ſphortia: Nicolauſq; picininus ut præſtantiſſimi duo ac primarii in uniuerſa Italia imperatores:
ita mirifica inter ſeſe beniuolentia: & ſuauiſſima coniuncti conſuetudine adeo: ut non conſilia modo cõmu
nia haberent: ſed mutuis ſe pecuniis adiuuarent. Et ne id mirandum quidem. Nam ab uſq; Sphortia patre
Franciſcus norat amicum extitiſſe Nicolaum: quippe qui & in Michaelem Attendulum: quo primum tem
pore in carcerem Neapoli coniectus eſſet Sphortia: ſe beneficum præſtitiſſet: & captus poſtea: cum pro Bra
cio bellum gereret: perhumaniter a patre foret: liberaliterq; tractatus: ſed duo potiſſimum fuerunt ſcribæ di/
ſcordiarum omnium auctores: quæ poſtea inter Nicolaum franciſcumq; ortæ ſunt: Antonius piſaurenſis: &
immolenſis Iacobus qui cum nullis poſſet pecuniis ſatis ingurgitari: niſi quicquid Nicolaus acquireret: uel
ſtipendio: uel præda diriperent: illumq; noſſent uirum magis bonum: q̃ callidum: at Frãciſcum Sphortiam
omni in re ſtrenuum; ac prudentem ueritine aſſidua talium amicorum cõſuetudine inſidiæ: fraudeſq; ſuæ ali
quando prodirent in lucem: nunquã deſtiterunt perditiſſimi nebulones: donec per uarias calũnias: atq; ma/
ledicta hominem ſimplicem: & ad credendum facilem ab optimo amiciſſimoq; uiro abalienarunt. Quibus
quidem duorum ſcribarum inſidiis cum maxima bella inter duos clariſſimos imperatores ſecuta ſunt: tum
ad philippum eximium illum: atque diuinum principem maxima incõmoda: calamitateſque deuenere. Sed
hæc ego: qui utriuſque memoriam colam: ut par eſt: ſanctiſſime: ne uidear mortuos in alterius uitæ tranquilli
tatem per commemorationem diſcordiarum tanquam irritare: de induſtria prætereunda cenſui. Quare mi/
nime explicabo uel quæ in picentibus: & umbris: ethruſciſq; Franciſco Nicolaus incommoda ſæpe intulerit
nulla ſua cum laude: dum ſe modo eccleſiaſticis: modo Alphonſi copiis coniungit: uel quotiens ab eo fuſſus:
fugatuſque fuerit: cum ad Bargam: quam obſidebat: in agro lucenſi ſitum ad Tenere prope Veronam: ab
qua ipſa paucis poſt diebus: quam proditione ceperat noctu: cum ingenti detrimento expulſus eſt. Nam ad
montem laurum non longe ab Iſauro flumine quanto cum uulnere eundem Nicolaum maxima pugna ſu/
peratum: uictumq; oppreſſerit nouerunt omnes. Quod certe inuitum Franciſcum Sphortiam feciſſe illud ẽ
perſpicuum argumentum: & poſtridie illius diei cum didiciſſet permagna eum premi inopia amiſſis & ueſti
mentis: & mulis: & impedimentis: & pecuniis: & reliquis rebus omnibus una cum caſtris: adhibita curriculo
diligentia: quicquid in exercitu eſt repertum id omne miſit ad eum dono cum aureis inſuper mille. Ex quo
poteſt liquido perſpici: q̃ filli uerint improbi atq; nefarii: qui Nicolaum picininum ab amico tam miti: tam
clæmenti: tam munifico diremerunt. Quanta præterea humanitate eſſuſus cum eodem fere anno Franciſcũ
picininum in picentibus prope montem ulmum cum uniuerſo patris exercitu uæhementiſſimo prælio pro/
fligatum cœpit? Nam cum acerbiſſimo eo nuncio tantam Nicolaus in iram: doloreq; exarſiſſet: ut intra pau
cos dies uita deſereretur. Frãciſcus eius obitum cum primũ accepiſſet: tanto mærore affectus eſt: ut poſt amiſ
ſum patrem nihil unquã doluerit magis. Quod autem munus præſtare pietatis potuit: tum Nicolai picini/
ni memoriam: atque uirtutem ſummis extulit laudibus: tum Franciſcum eius filium: quem in arce firmana cu
ſtodiri iuſſerat: donatum pulcherrime miſſum fecit. Quis igitur uſquam fuerit ita ab omni hominis natura
alienus: qui minus optarit tanta humanitate: & lenitate uirum: ſi fas eſſet: imortalem fieri. At illud certe eſt in
credibili quandam admiratione proſequendum: quod cum excellentiſſima: ac fere diuina Franciſci ſportiæ
uirtutis uſque adeo ſupra humanum excreuiſſet ingenium: ut Alphonſo regi & ipſi quoque Eugenio pontifi
ci maximo formidabilis facta iam eſſet ingentes atque primariæ uires Italiæ in eum concitarentur. Nam: &
Alphonſus: quas habuit: omnis collegit in eum copias: & Eugenius pro auctoritate illa apoſtolica quæ apud
uniuerſam chriſtianam religionem uenerabilis habetur & ſacroſancta: non modo reliquos italiæ principa/
tus prope cunctos: in eundem hunc commouit: ſed ipſum quoque philippum Mariam ſocerum: ut aduerſus
dilectiſſimum generum mitteret maximos illos ſuos: inuictoſq; eexercitus: ueluti coegit. Et enim Veneti: at
que florentini: qui huic uni ſeſe auxilio potiſſimum debebant ob maxima beneficia: plurimaque accepta: tũ
cenſuræ eccleſiaſticæ metu: tum periculi magnitudine id facere ſunt deterriti. Quare cum non modo oppi/

Nicolaꝰ picininꝰ
Labina
Gallia ciſalpina
Appulia
Alphonſus rex
Picente
Ioannes uitelleſcꝰ
Eugeniꝰ põtifex
Martinꝰ põtifex
Veneti
Fiorentini
Romana eccleſia
F. ſphortia
Nicolaꝰ picininꝰ
Sphortia
Michael attendulus
Neapolis
Bracius
Antonius piſaurenſis
Iacobus imolẽſis
Picẽtes
Vmbri
Ethruſci
Alphonſus rex
Barga
Tenis
Verona
Mõs laurus
Iſaurus
Frãciſcꝰ piciniꝰ
Mõs ulmus
Picentes
Nicolaꝰ piciniꝰ moritur
Alphonſus rex

Anathema Fredericus urbinas

da nõnulla:atque urbes:& in picentibus:& in umbris maximi anathematis formidine uť appellant: a Fran
ciſco ſphortia defeciſſent:uerũetiam neceſſarii ipſi:& ſangui ne coniunctiſſimi deſciuiſſent:unus dũtaxat fre
dericus comes urbinas inuentus eſt:qui per id temporis ætate adhuc adoleſcens:ſed morum grauitate admo
dum ſenex:ac mirifica probitate illuſtris a fidei ſanctitate non recederet. Erant hoſtiles copiæ ſupra uiginti ho
minum milia: Sphortianus autem exercitus omnis conſtabat militibus ad ſũmum ſex milibus. Cũq; reliqua
loca omnia Franciſco ſphortiæ ſuſpecta eſſent:& inſidiarum plena:neque ab hoſtilis pugnandi facultas of/
ferretur ulla:ſed eo tenderet hoſtibus omnis callitas:& induſtria ut hic intercluderetur cõmeatu:ſolus inquã
is Fredericus inuentus eſt:cuius incorrupta fide:& beniuolentiſſimi animi conſtantia nobiliſſimus ille prin
ceps in tantis rerum omnium fluctibus ſibi tutius nihil duxerit. Itaque in tanta hominum perfidia:leuitateſ/
q; ſuorum ſe recepit tanquã in opportunam aliquam ſtationem in agrum urbinatem. Quo cum hoſtiles etiã
copiæ eſſent continuo ſubſecutæ:neque ſæpius ad pugnam prouocatæ in æquum campum deſcendere unq̃
auderent:ſed more Fabii illius cunctatoris ſe locorum difficultatibus uſque tutarentur . rem frumentariam:

Qu. fabius dictator

cõmeatũq; prohibentes:nunquam deſtitit fredericus per maxima ſuorum ſubditorum omnium:ſuaq; incõ/
moda:atque detrimenta leuare omnem ſphortianam difficultatem:& id quidem cum extremo ditionis ſuæ
diſcrimine. At malebat egregius adoleſcens:ut erat animo inclyto:& dominatum omnem:& uitam etiam ip
ſam:id quod palam aſſidue dictitabat:amittere:q̃ pati:ut de fide:conſtantiaq; ſua quicq̃ deſiderandum uide
retur. Qua quidem perſeuerantia factum eſt:ut & reliqui hoſtes fruſtrati opinione ſua ſpem potiundæ uicto
riæ omnem amitterent & magnanimus dux ille philippus Maria in maiorem adductus admirationem de in
ſupabili generi probitate:& ſapientia nullum ſibi præſidium regni ſui certius firmiuſq; uideret:q̃ ſi unum frã
ciſcum ſportiam ad ſe tutandum q̃primum accerſeret. Id autem eo erit facilius aſſecutus quid eodem ipſo ur/
binati frederico tanq̃ deprecatore apud generum ipſum quem alienatum ab ſe exiſtimabat:eſt uſus. Decreue
rat enim is & iure quidem fortaſſis:& de Eugenio:& de Alphonſo:ab quibus neque diuino:neque humano
iure foret armis per oẽm contumeliam acerrime appetitus:debitam capere ultionem. Tanti autem fecit uni⁹
frederici ſtudium:pietatemq; erga ſe ut cum facile iam poſſet uim omnem hoſtium retundere:atque opprime
re. Nam auxiliares copiæ a florentinis:& a Venetis iam aduenerant:id certe facere noluerit tum magni eſſe
ducens animi obliuiſci iniuriarum:tum etiam grati frederico ipſi gratificari plurimum:quem in ſe adeo bene
ficium foret expertus. Quãobrem & cum hoſtibus continuo bellum ſoluit:& ſecum primum per honeſta/
tem poſſet:iturum ad ſocerum cum omnibus ſuis uiribus eſt pollicitus. Ipſum uero fredericum ex eo tempo
re nõ ſecus ac ſi eſſet filius:dilexit ſemper:& quod honorificum præſtare:maximeq; utile munus potuit:eũdẽ
præfecit belli ducem uniuerſis ſuis exercitibus. Qua quidem dignitate ita ille eſt uſus:ut ſimul cum ætatis pro
greſſu carior quottidie ſapientiſſimo:& grauiſſimo principi atque iucundior redderetur. Sed iam cæteris ma
ximis facinoribus:ſplendidiſſimiſq; omiſſis:quæ inumerabilia pene ſunt:ad propria paucis ueniamus. Vt ſũt

Philippus Maria
Gallia ciſalpina
Cremona
Blanca Maria
Mediolanenſes
Placẽtia
Mediolanenſes
Veneti
Thaddeus æſtenſis
Andreas quirinus
Caſalis Maior
Padus
Addua
Carauagiũ
Foũ nouũ

res humanæ omnes fluxæ:ac breues egregius ille princeps Philippus Maria Anglus:qui uno ſapientiſſimo/
rum omnium hominum iudicio potuit cum omni antiquitate in omni gloriæ genere de nominis ĩmortalita
te cõtẽdere:inopinato migrarat ex aeuita:cum Frãciſcus ſphortia huiuſmodi caſus omnis ignarus: ut erat
animo in ſocerum & beniuolo:& pio reuerti' in hanc galliam ciſalpinã cum uxore:ac liberis: ualidiſſimoq;
exercitu:quo illi auxilium ferret aduerſus Venetos qui iam agrum mediolanenſem inuaſerant:& multis op
pidis captis uſque ad portas urbis omnia ferro ignique uaſtantes quottidie circunquaque diſcurrerent. Igitur
ubi cremonam uenit:quam dotalem annis ſex antea una cum uxore Blanca Maria a philippo ſocero accepe
rat inita pro tempore cum Mediolanenſibus ſocietate: quos norat hæreditario iure ad ſeſe:uxoremque per/
tinere: Placentiam celeriter obſidet. Hæc.n.indigne ferẽs Mediolanẽſium dominatũ ad Venetos ultro defe
cerat: Munierãt placẽtiã Veneti firmiſſimo equitatu:peditatuq; ſub æſtẽſis Thadde ductu uiri ĩpigri:& con
ſtantis. Quã pꝰicacius repugnãtẽ:ubi intra paucos dies ui expugnatã:captãq;:& direptã:quis.n.armatis ui/
ctoribuſq; militibus modum ĩponat:mediolanẽſibus ꝓ ſocietatis fœdere tradidiſſe: Atq; i ãnũ deinde proxi
mũ claſſem illam & magnã:& formidabilẽ:cui Andreas quirinus præerat uir mercaturæ:quam bello nauali
aptior:mira induſtria:ac uiribus apud Caſalem maiorem ex arido & fuiſſet:& cepiſſet in Pado : mox trans
adduã acto exercitu carauagium:quod iam antea Veneti occupauerant:circunſedit oppidum ſane cum po/
pulo frequens:tum a Venetis completum maximis uiribus. Occurrunt Veneti cũ potentiſſimo:firmiſſimoq;
exercitu fortium uirorum ſupra uigintimilia. qui tandem poſt plurima quottidie: ꝑiculoſiſſimaq; : ꝓlia cum
intelligerent oppidum ad triduum uſque in ius noſtri principis conceſſurum. freti uiribus ſuis:& quod exi/
ſtimarent oculatiſſimũ:& uigilantiſſimum agrum ꝑinde atq; dormitantem poſſe opprimere: caſtra adoriũ
tur ad eam partem:quam oppinabantur incuſtoditam. Quare cum per uiam Fori noui in caſtra impetũ au/
daciter faciunt:ſumma prudentia:incomparabiliq; uirtute unius Franciſci phortiæ tanta clade ꝑculſi ſunt:
ut niſi paucoꝝ mediolanenſium quorũdam:qui & ei:& uniuerſæ reipublicæ inuiderent:ſanis cõſiliis con/
iuratio obſtitiſſet:actum eſſet eo die de omni Venetorum imperio. Cæterum hoc loco quæ deinceps ſecuta
ſunt:non ab re mihi prætereunda iudicaui: ne ſi aliorum errata cõmemorauero:ſanata uidear: & conſolida
ta iam uulnera ueluti refricando magis exacerbare. Illud ſane omnibus & perſpectum eſt:& cognitum tan/
tam noſtri diuini illius principis & ſapientiam:& conſtantiam:inauditamq; bonitatem extitiſſe:ut uniuer/
ſus Midiolanenſis & ſenatus:& populus tandem ubi ſeſe colligiſſet:reiectis omnibus Venetorũ,& ſuaſio/

nibus:& ſubſidiis unum Franciſcum phortiam una cum Blanca Maria mulierum clariſſimarum omnium
quæq; ſunt:aut fuerunt unquam:aut impoſterum ſunt futuræ:integerrima:optimaque uiragine ad totius rei
publicæ imperium mirabili concordia:atq; beniuolentia accerſierit: & eundem: quádiu in uiuis fuit ſumma
cum fide:atq; pietate non ſecus ac parentem:tum ſemper obſeruauerit:tum aſſidue obſeruet:uel mortuum.
Quid enim ſim prolixior in referendis eius rebus:tam multis:tamq; magnificis: quas uel belli:uel pacis: & i
omni laudatiſſimæ uitæ genere cum ſempiterna ſui nominis celebritate confecit? Nonne id unum explora/
tiſſimnm eſt illius mirifice uirtutis documentum:quod unus Franciſcus ſphortia apud omnis pricipes chri
ſtianos uenerabilis apud barbaros uero & aduerſarios chriſti nominis eſſet admodum formidabilis. Nam
qualem præterea uel erga maximos eccleſiæ Romanæ pôtifices:uel erga Pherdinanduu regem diui illius re
gis Alphonſi filium uel erga inuictiſſimum regem Francorum Lodouicum ſe præſtiterit:totus terrarum or/
bis:& uidit & admiratus eſt. Sed quid plura in medium referam. Vnum Franciſco ſphortia nemo humáior
nemo melior:nemo immortali deo per omnem iuſticiæ & æquitatis:pietatiſq; laudem:hominibus acceptor
aut carior unquá fuit. Adde quod in tanta filiorum proſperitate:rebuſq; ſecundiſſimis:regno florentiſſimo
ſumma gloria:ualitudine integra:leuiſſimo genere mortis ita intra biduum eſt extinctus:ut eam pro ſua illa
acutiſſima mentis acie:incredibiliq; prudentia intellexerit quidem:non autem ſenſerit. Quæ cum ita ſint: no
ſtri muneris eſſe arbitror illuſtriſſimi principes:ut modum iam tandem noſtro huic tam diuturno luctui im/
ponamus:quod ut ipſi primi faciatis quo cæteris quoq; grauitatis exemplo ſitis:non debeo uos non mone/
re:adhortari.orare:obteſtari. Vincenda eſt enim uobis animi mollicia & lachrymæ omnes reprimendæ : ne
quo magis in parentem pii uideri uultis eo minus in deum ſperare iudicemini. Nam ſatis eſt mea quidem ſẽ/
tentia uel pro imbecillitate naturæ:uel pro communi conſuetudine annum iam totum in luctu: mæroreque
agitaſſe. Redeat denique animi tranquilitas cum priſtina illa uultus ſerenitate:ornatuſq; elegantia:Quod ſi
minus fortaſſe ueſtra cauſa facturi ſitis id ſaltem huic ueſtræ uniuerſæ reipublicæ condonate:quæ nõ ueſtra
minus:q̃ amici principis cauſa in extremis uerſatur angoribus:nam cum illo actum eſt quáoptime : qui per
omnia :ut ſummatim complexi ſumus : & animi: & corporis: & fortunæ bona ad quintum & ſexageſimũ
uſq; annum uictis omnibus & inimicis : & hoſtibus perſeuerauit inuictus: & ita pacata omnia atq; tranqui/
lia a nobis abiens reliquit:ut cum omnes eius abeſſent exercitus:alii in appulis :ut regi pherdinando pro af/
nitatis iure inſeruirent:alii in flaminiis:ne quis impetus oriretur aut in bononienſes:aut in ſenenſes:aut in flo
rentinos:quos ſocios:amicoſq; haberet: Alii in Gallis tranſalpinis:quo adeſſent Lodouico regi:ab quo pro
pter Sagonam dono Genuamq; acceptam bene eſſet affectus:ne minus quidem tumulatus in hanc uſq; diẽ
in uniuerſo eius imperio ſuſcitatus ſit. Itaq; nobis moderate ferenda eſt huiuſmodi hominis naturæ neceſſi/
tas:tum quia mortalibus cunctis & communis eſt: & debita:tum etiam quia ærumnis præſentis uitæ nos li/
berans ſe ducem præſtat ad meliores æui tranquillitatem:Quid enim eius mortẽ doleamus:cuius uita oĩs ple
na fuerit honeſtatis & aduerſe nulli ſubiecta fortunæ? Nam recte Pindarus Præmium primum ubi res ſecũ
dæ Afferent. Laus hinc ſequitur probata: Quæ duo quiſquis tenuit beatus iure uocetur. Tanta erat ſapien/
tia noſtri principis:tantum omnibus in rebus conſilium:tanta moderatio:tanta grauitas:ut non ſolum ni/
hil unquá pateretur aduerſi:ſed fortunæ ipſi tanquam dominaretur:quicquid uel magnum uel appetendum
in uita ſit in ſua poteſtate uſq; habuiſſe uideatur. Eſt ille fœliciſſimus :ait apud Euripedẽ Hæcuba:mali nihil
cui accidit uiuo. Quis autem uir ſapiens fragilem hanc:atq; breuem uitam non contemnat:habeatq; pro ni
hilo:quo ſolidam:ſempiternamq; conſequatur? Hac ſane ratione ueram beatitudinem docebat Epicurus in
hac hominum uita nullo pacto ineſſe poſſe:quia corruptioni ſubiecta foret Ob eamq; rem uocat deum bea/
tum:quod & incorruptus ſit: & ſempiternus. Quid igitur illum poſt uitam tam diu bene actam adeo dolea
mus obdormiſſe in domino:tãq; adhuc uelimus inter hoſce turbulentiſſimos fluctus agitari:laborareq; aſſi/
due. Hũc oĩbus & prœliis corporis: & ſæculi cladibus liber ſui ipſius uictor euaſit in cælum quem ſi magis q̃
nos ipſos caſte:ac pie diligeremus:gauderemus ſanæ:nõ doleremus. Si diligeretis me:ad Apoſtolos ait chri
ſtus gauderetis utiq; quod uado ad patrem. Nec enim omnibus:ut ſcriptum reliquit Cicero in conſolatione
de filiæ ſue obitu:iidem illi ſapientes arbitrati ſunt eundem curſum in cælum patere. Nam uitiis: & ſceleribus
contaminatos deprimi in tenebras:atq; in cœno iacere docuerunt:caſtos animos puros:integros: incorru/
ptos:bonis etiam ſtudiis:atq; artibus expolitos leui quodam & facili lapſu ad deos:ideſt ad naturam ſimilẽ
ſui ſuperuolare. Euolauit inquam Franciſcus ſphortia ex his terrenis tenebris in ſerenam illam cæleſtemque
regionem:ut eiuſ conſpectu atq; uiſu in omnem æternitatem:frueretur:ad cuius imaginem:ac ſimilitudinem
nouerat ſe creatum. At ſtultum eſſe quis dixerit non dolere id oportere: ꝙ ſua natura ſit malum:tanq̃ mors
in bonis ſit numeranda:qua tollitur uita. Præterea alias quinq; afferri poſſe lugendi cauſas quarum una ſu/
mitur ex eo incommodo:quod ipſi accipimus ex illius obitu :quem dilexerimus:altera uero:quod exiſtime/
mus animum ſine uæhementiſſima doloris acerbitate a corpore:cui penitus inhæret:infixuſque eſt : ſeparari
haud poſſe. Tertia autem cauſa ſuſcipitur :quod arbitremur eundem:quem lugemus:priuari huiuſce uitæ uo
luptate. adducunt etiam quartam ex horribili metu ſempiterni ſupplicii apud inferos. Sunt præterea nõnulli
ingenio uſque adeo deprauato: & ad omni hominis natura:dignitateq; alieni:ut animum opinentur una cũ
corpore interire:diſſipari:deleri. Itaq; eos ferreos eſſe dicunt planeq; amentis:atq; inſenſatos qui minus do
leant mortem. ac ſummis ducant in malis. Sed has ego ſigillatim lugendi cauſas ſoluam & facile: & uero: &

Blanca Maria

Fãciſcꝰ ſphortia

Pherdi/nãdꝰ rex

Alphonſus rex

Lodouicus rex

Complexio argumẽtionis

Appuli

pher. rex

flaminii

Bononienſes

Senenſes

florẽtini

Galli trãſalpini

Lodouicus rex

Sagona

Genua

Pindarꝰ

euripidẽs

Hæccu/ba

Epicurꝰ

apoſtoli

Chriſtus

Cicero

Cõfutatio & cõfirmatio

Quod ſũt lugẽ/di cauſæ

Prima breuiter:& primum quidem ex antiquorum philoſophorum ſententia probatur animi immortalitas. Nam
cauſa poetæ omni doctorum hominum genere longe antiquiores quid ſenſerint de animorum æternitate:cum Or
Orphe⁹ pheus:& homerus:tum alii & græci:& latini fere inumerabiles ſunt locupletiſſimi teſtes. Plato duplicē eē
Home. eſſe animum docet:qui rationis particeps ſit æternus:alterum mundi:alterum hominis Ita autem a Platōe
ꝓbatio animus definitur:animus eſt eſſentia incorporea ſe ipſam mouens ac rationalis. Ea autem ratione animi im
imortali mortalitatem probat Plato quod iis per ſeſe moueatur & ſemper ac cæteris quæcunqꝫ mouentur & fons ſit
tatis aīo & principium motionis. Nec enim latere nos debet immortalitatem dupliciter accipi.quod aut aliquid im
rū ꝑ rati mune ſit mortis.quoniam eius ſua natura capax non ſit ut animus aut quod alterius beneficio a morte red/
ones datur incolume.ut mūdus ſecundum Platonem. Qua etiam ratione aliquid agitari dupliciter dicitur. Nam
Platōi/ & de eo accipi ſolet:quod ex quo principio eſſe cœperit:ſemper mouetur:ut mūdus & quod ſemper & eſt
ca aī de/ mouetur ut animus. Nec ſane ulla poſſum ratione aſſequi:qd illos mouerit:q omnem animum uoluerūt una
ſinitio cum corpore interire. Nam ſi ita foret & mundus iampridem:& quæ in mundo ſunt omnia periſſent. Sed
quo pacto mundi animum immortalem dixerunt hominis autem mortalem:cum & principium uterqꝫ mo/
tionis ſit:& uterqꝫ uiuat a ſeipſo:& eadem eodem attingat modo:quippe qui intelligat & quæ ī cælo ſunt:&
quæ ſunt ultra cælum:& quicquid eſt ſecundum eſſentiam:quærat:aſcendatqꝫ ad primum uſqꝫ principiū. Ita
Plotin⁹ qꝫ contēplatio ſecundum Plotinum:quæ ab ipſo fit:ex iis quæ in ipſo admirabilia ſunt:& ex unoquoqꝫ qđ ī
ipſo eſt:& quod eſt ex Academica recordatione:etiam ante tempus ipſa dat eſſe:& quoniam perpetuis ani/
mus ſcientiis utitur perpetuus quoqꝫ neceſſario ipſe eſt Ad hæc quicquid accepta cōpoſitione perficit̄.ut ſi id
identidem natura diſſoluitur:ut eſt compoſitū. At animus una eſt & ſimplex agilitas in uidendo ſecundū na
turam. Non igitur hoc pacto corrūpi poteſt. Præterea cum animus non ſit corpulentum quiddā : nec habe/
at quantitatem:etiā ubi ſeparetur a corpore:diſſipari:delerique non poteſt. Num fortaſis in aliud tranſmuta/
tus corrūpatur: At huiuſmodi tranſmutationis corruptio aufert formam:materiam dimittit. Hoc autem eſt
cōpoſitæ rei paſſio. Si animus igitur ſecundū horum aliquod genus corrūpi nequid:is eſt neceſſario immor/
Ariſto/ talis Hanc autem immortalitatē animi humani cū aliis multis in locis probat. Ariſtoteles:tum etiam in libro
tiles ſecundo de animalium generatione uerbis huiuſmodi. Omnes animi neceſſario ſunt uirtute priuſ:quam actu
Neceſſe etiā eſt aut omnes non eſſe prius & fieri:aut omnes antea exiſtere: Vel alios eſſe antea:alios non eſſe
Ac fieri aut in materia & non ingredi in maris ſæmine:aut in materia uenire a ſæmine quidem ſed ī mare aut
extrinſecus fieri omnes :aut nullū:aut alios fieri.alios non fieri. Quod fieri igitur nequaꝗ poſſit:ut aīmi oēs
prius exiſtant:patet ex huiuſmodi rationibus: Quoruncunqꝫ enim principiorum corporalis ſcilicet eſt ope/
ratio hæc antea exiſtere ſine corpore minime poſſunt ut incedere ſine pedibus: Quo:fit ut animi extrinſecus
ingredi nequeant. Neqꝫ enim fieri poteſt ut ipſi per ſeſe:qui ſeparari non poſſunt:ingrediantur:nec item ī cor
poreo ſæmine. Eſt enim ſemen ſuperfluitas imutati alimenti. Relinquitur ergo mentē ſolā extrinſecus adueni
entem ingredi:& eandem ſolam eſſe diuinā. Nihil enim cū eius agilitate habet cōmune operatio corporalis.
Omnis igitur uis animi uidetur alius corporis eſſe particeps: & eius quidem diuinioris q̄ illa ſunt corpora:
quæ uocantur elementa. Si auctoritatibus tantum initi nos oporteret:afferem alio pleroſqꝫ nobilis:ſpectatoſ
philoſophos.q ſola grauitate nihil contradici poſſe conuincerent : Quis eſt.n.uſqꝫ adeo hebeti:obtuſoqꝫ ge
nio:qui ſui ipſius diſcrimen habeat nullum?qui non intelligat propriam animi humani perfectionē id eē qđ
in corruptibile ſit At propria huiuſmodi animi operatio intelligere eſt. Ea enim hominis & pecudibus præ/
ſtat :& ſtirpibus & inanimis. Sed intelligere ſecundum uim proprie naturæ uniuerſalium eſt:& eorum:quæ
corrūpi nō poſſunt. Sed cū omnis perfectio ad ſuū perfectibile neceſſario proportionem habeat relinquitur
animū humanū īterritui nō eſſe ſubiectū. Mentalis inꝗ animus imortalis eſt:& ſempiternus Et ne id quidem
mirum: Nam ſi ea parte:quæ nobis eſt communis cum belluis corrumpimur :atqꝫ interimus:quis ambigat ea
uos parte incorruptos:imortaliſqꝫ futuros :quam ad ei imaginem:ſimilitudinemqꝫ creati communem habe/
mus cum cæleſtibus illis uel mentibus:ūel angelis quo: appellāt? præſertim quod neceſſe ſit ea ſubſtantias ha
bere communis quibus opera ſunt communia. Sed hominum animos ita ſupremam contemplariæ:æternam
Ariſto/ que ueritatem:ut angelos qui ignorat:ſe hominem eſſe negat. Hāc certe uim mentis ſolam dicit Ariſtoteles in
teles iis libris:quos de animo reliquit ſcriptos:a ui ſenſitiua ita ſeparari:quemadmodum quod perpetuum eſt: ab
eo quod ſit corruptibiſe. Et eſt huiuſmodi ſane animus uiuax quædam imago dei:quem idcirco ad ſuam crea
uit ſimilitudinem ut proximus ſibi quodā pacto in ſuo genere immortalis etiam ſecū foret.ut enim ſcriptum
ſolomō eſt in libro ſapientiæ: Incorruptio facit proximum deo. Propterea inquit:per hanc habeo immortalitatem
præterea ſi deus ipſe dum taxat animi humani & conditor eſt:& creator:a quo alio:q̄ ab deo sis perimi pōt
quemadmodum de angelis affirmamus:quos nulla interimituis naturæ? Nam quicquid eſt natura corrupti
Timæuſ bile:id naturalibuſ conſtat cauſis :at animum deus naturæ cauſis non ſubiecit:id quod in Timæo etiam do/
Plato cet plato. Recte igitur in euangelio præcipitur: Eum timere:qui poſteaquam occiderit poteſtatem habet mit
Euāgeli tere in ghennā ignis:animamque:& corpus ibi perdere: Atque illud quoqꝫ perſpicuum eſt:ſi animus interi/
um ret:ex eo effici nihil poſſet:at quicquid naturali cauſa uique generatum nunquam perit:quin inde aliquid ꝓ
ducatur:ut ignis ubi ligna concremarit:& carbones ex lignis :& cinerem :& uapores flameos efficit. Quo
fit :ut nihil arte pereat:quin aliquid inde fit reliquum. Id autem de animo dici nequit. Is enim ſi pereat:relin
quitur nihil omnino: Videmus inſuper uirtutem omnem inſtrumentalem debilitati in ipſius inſtrumenti de

bilitate eandēq; perire:ubi pereat inſtrumentū. Ita oculis auribus ue debilitatis audiendi ac uidēdi uirtus de
bilitatur: eadēque perit:cū ea pereunt inſtrumenta. De mentali autem ui accidit multo ſecus! Nūquam enim
neq; debilitatur:neq; perit ex cuiuſq̄ inſtrumenti uel amiſſione:uel debilitate:etiā ſi quādoque eius agilitas ob
imaginandi uim interceptā ceſſare uideatur. Nec item illud ignorat quiſquā:qui omnino ſtultuſ nō ſit. Quic
quid forma utitur infinita:ac nullis terminis circunſcripta:id corporeum eſſe non poſſe:cum omne corpo/
reum formam habeat & finitam:& ſuis terminis circunſcriptā. At uniuerſale ui multiplicationis dicimus in/
finitum:quodque neq; ſit terminatū cōmunitate:neq; finitum quantitate At mens cū in intelligendo huiuſ/
modi formā habeat ipſum uniuerſale:relinquitur eam eſſe & ſimplicem:& ſeparatam:ac ob eam rationē eti
am imortalē. Nā quicquid ſim longior in animoꝝ noſtroꝝ probanda imortalitate:quæ illoꝝ duntaxat mē
tes non capit:qui aut ſtulti ſunt & ita ſimiles iumētoꝝ:aut ſcelerati & impii:atq; proinde imāes adeo:ut di
uinam uim quoq; negent omnino. Haud.n.ſcio quid Epicharmus ille comicus ſibi uoluerit:cum:ait:homo
& concretū eſt quiddā:& diſcretū:atq; abit.unde uenit rurſus terra in terrā ſpiritus autem ſurſum. Quid ho
rum triſte? nihil: At ego ita hominē eſſe concretum arbitror.ut & aio affirmem imortali conſtare, & corpo
re interritui debito:quippe quod cōpoſitum ſit ex quattuor elementis proportione quadam nō arithmetica
neq; geometrica:ſed muſica potius:q̄ tantā uim habet in uiui hominis corpore:ut animū Ariſtotelis diſcipu
lus Arixtoſenus non dubitarit harmoniam eſſe definire:ſed animus qui uitam dat corpori:& id ſua præſen/
tia regit atq; moderatur aliud nihil eſt mea quidem ſententia q̄ creata ſubſtantia ſpiritalis:ſimplex:rationis:in
tellectuſq; particeps:quæ ſeipſam:mouens naturale.inſtrumentaleq; corpus tam diu afficit ea ui:quæ eſt uita
lis eſt:& ſenſibilia admittit:quoad eorum natura capax elementalem conuenientiam ſeruat. Huiuſmodi inq̄
animū æternus & imortalis deus imortalē creando infundit in corpus humanū:& infundendo creat. Quā
animorum imortalitatem ut indubitato credā ſi nullam etiam rationem afferre noſſem quæ ſunt prope infi/
tæ:non probabiles ſolum:ſed etiam neceſſariæ:cōmunis tamē ipſe populorum omnium ac gentium:nationū
q; conſenſus:qui eſt quædam ueluti firmiſſima lex naturæ:eam mihi ante oculos poneret. Quam enim audi
uimus unquam aut legimus uel barbaram multitudinem:quæ futura ſecula nihil ad ſe pertinere opinaretur?
quæ parentalia negligeret? quæ minus & orationes:& ſacrificia pro iis faceret extinctis: quos uiuos cariſſi/
mos habuiſſet? Quid enim illorum afferam teſtimonia:qui uel in italica abuſque Pythagora:qui Pherecydē
ſyrium audiuerat:uel in ionica philoſophia:cui pricipium dedit thales mileſius:uir eruditiſſimi:& grauiſſi/
mi floruerunt? Qui uero inter arabas habiti ſunt illuſtres acutiſſimiq; philoſophi: Auerrhus. Auicenna. Al/
gazel. Iſaac. Alpetragolas quam multis:q̄ uariis:q̄ ſubtilibus:q̄ ueris docuerint rationibus eſſe hominum ani
mos immortalis; ſit dificile numeratu. Nec illud paruum eſt documentum permanſuros animoſ poſt corpo
ris ſeparationem:quod & boni:& mali Angeli nonūquam apparent hi ad malas actiones:illi ad bonas ho/
mines adhortantes:qnod nunquam facerent:niſi nocent quaſdam eſſe paratas ſedes animis mortuorum &
ad præmia:& ad pœnas. Sed quod omnem ſuperat ueritatem habemus & uetus:& nouum teſtamentum:ac
reliquos ſacros libros:quibus quādiligentiſſime erudimur nō ſolum uiuere nos poſt obitum:uerumetiam cū
corporibus una reſurrecturos aliquando:id quod magi quoque antiquiſſimi perſarum philoſophi conſtan/
tiſſime aſſerunt. At uidete obſecro:quantum ego tribuam auctoritati:atq; ſapientiæ unius franciſci ſphortiæ
cuius hæc agimus parentalia. Si nullæ poſſent rationales afferri:quibus hominum animi immortales eſſe de
monſtrarentur:ſi nulli gentium omnium:nationumq; conſenſus.ſi nullæ eſſentiarum inuiſibilium apparitio
nes:ſi grauiora nulla teſtimonia quirent adduci ſola illius diuini principis uita laudaliſſimiq; mores:ut id ſi
ne ulla controuerſia crederem:ſatis ſuperq; præſtarent. Quo enim pacto ſe ab omni iniuria ab omni abſtiuiſ
ſet maleſitio:ſi futurum iudicaſſet:ut mors totius hominis eſſet interitus? Quot fugit & uoluptates:& emo/
lumenta honeſtatis gratia? Quot labores:periculaq; ſuſcepit:ne qua turpitudinis cuiuſquam ſuſpitione ſe in
quinaret? Duxerat olim uxorem in calabris natus annos ſeptem ac decem nobiliſſimam: pulcherrimamque
uirginem Polyxenam ruſam:cui Montis alti comitatus cum oppidis pluribus:mūicipiiſq; parebat. Ex hac
ſuſceperat iam puellulam:cum abſens ad patrem ſphortiam certior factus eſt & filiam infantulam primum:
dein intra paucos dies Polyxenam quoq; uxorem ueneno a matertera eſſe interruptam. Reuertitur in cala/
bros. Rem ita habere repperit:ut acceperat. Nam impia illa mulier ut & comitatu Montis alti & ſororis fi
liæ polyxenæ cæteris bonis omnibus hæreditario iure potiretur:tanto ſe contaminarat ſcelere. Non milites
ſphortiani ſolum ſed ii omnes calabri quibus Polyxena præfuerat:hortantur adoleſcentem:ac profuſiſſimis
lachrymis obteſtantur:ut ultione ſumpta de ſceleratiſſima muliere & iteremptæ uxoris:& eius materteræ do
minatum omnem:id quod facillimum factu erat.ſibi uendicet:cum is non religioſe minus quam grauiter ita
reſpōdit. Et ſi non ignoro quod munus iuſticiæ eſt humanæ malo tamen quod dei eſſet ſequi q̄ quod homi

Epicharmus
ariſtoxenas
Harmonia
Animi dēfinitio
dbatio ex comuni hominū opinione
pbatio ab auctoritate italica philoſophia
pythagoras
Pherecides
Ionica philoſophia
Thales
Arabes
auerrhuſ
Auicēna
Agazel
Iſaac
alpetragoras
pbatio ab appiionibus ſpirituū
pbatio a ſacris libris
Philoſophi
Magi
dbatio a Franciſci ph. uita atq; moribus
polyxēa

nis. Scriptum eſt enim mihi uindictã & ego retribuã. Neque illud præclaræ continentiæ argumentũ ſilendũ
eſt. Quo tempore Franciſcus ſphortia bellũ gerebat pro florentinis aduerſus lucenſes: Pontito municipio

Blanca
Maria

ui capto direptoq; inter mulierũ militaré contumeliã: ut ſit puella quædã eleganti forma quinq; ac decẽ an/
nos nata trahebatur a militum globo ad ludibrium ſtupri: cum uociferans illa imperatori ſe dedendam præ/
cabatur imperatori enim ſuam deberi uirginitatem. Itaq; metu perculſi milites hanc ad illum adducunt: qui
re intellecta idq; illa illari uultu corã affirmãte hic ut & iuuenis & corporis temperamento procliuis in uene
nerem: & qui nondum Blancam duxiſſet uxorem. non detrectat munus. Cum uero tempeſtiue uirgine inle/
ctũ adducta iã haſtæ innixus ueneræ uoluptatis foret uulnus ultimum illaturus: ſubito uoce flæbili inquit uir
go. Ego te mi optime imperator oro: atq; obſecro per hanc ĩpollutam Mariam uirginẽ: cuius ſacratiſſimam
imaginem hic depictã aſpicis. Erat. n. in proximo appenſo pariete quædã tabula: qua Mariæ uirginis imago
repreſentabatur: ne mihi meam uirginitatem eripias: ſed meo me ſponſo qui aſſeruatur inter captiuos: relin/
quas intactam. Quibus auditis continuo Franciſcus ſphortia compreſſa ui omni ueneri apetitus & illam di
miſit ĩtactam: & eius ſponſum perpulchre donatũ carcere liberauit. Oh mirabilẽ atq; ĩ hanc diem inauditam
ſũmi uiri continentiã: longe mihi profecto unum hoc Fr. ſphortiæ nõ continẽtiæ ſolum ſed religionis & pie

Africãus
ſupior
Indibilis
Rubico
Nicola⁹
picinin⁹
Veneti
Picentes
Forũ li/
uium
Camilus
G. Fabri
cius
Carauagium
Veneti
Medio/
lanum
Heneri/
cus pani
carola
Gallia ci
ſalpina

tatis exẽplũ maius illuſtriuſq; uidetur: q̃ quod de Africano ſuperiore proditum eſt memoriæ: qui ne uenite q
dem in conſpectũ ſuũ ſit paſſus puellã ludibili deſponſatã: cũ tamen illũ dixiſſe conſtat equidẽ ea uterer ſi ſer
ua eſſet & non libera. Quis non eam iuſtitiæ laudem admiretur qua eſt uſus ad rubicõa. Nicolaus picininus
qua tempeſtate Venetos uehementius premeret. ut in agrum iam uſq; Patauinum multis oppidis & brixiãis
& ueronenſibus & uicentinis in deditionem actis omnia circunquaq; bellico more uaſtarentur: ueniens Frã
ciſcus ſphortia ex picentibus ut Venetis pro ſtipendii ſocietatiſq; iure auxilium ferret in ſummis difficultati
bus: ad Rubicõna ſtatua poſuerat: cum ex urbe Foroliuio noctu ciuis cuiuſdam famulus ad eum uenit polli
citus illam ſe urbem ſine ullo prorſus diſcrimine ei traditurum. & quo pacto id facturus eſſet: edocuit. Cui cũ
reſpondiſſet imperator non eo ſe aduenĩſſe: quo perfido cuiquam eſſet adiutor: iuſſit hominem comprehen/
di illico: eumq; artius uinctum intra portas uſq; forliuii agendum curauit: quem re omni diligenter expoſita
ciuibus ad ſupplicium tradidit imitatus is quidem: tum Camillum ĩ faliſcis aduerſus magiſtrum ludi: tum. G.
Fabricium aduerſus medicum regis epirotarũ pyrrhi. Poſſem huiuſmodi exempla iuſticiæ ſummæq; uirtutis
prope infinita in medium afferre. Sed aliis duobus tribuſue contenti ſimus: Non enim parentalia celebran/
tes hiſtoriam recenſemus: Accepta ingenti illa ad Carauagium memorabileq; clade cum Veneti rebus ſuis iã
deſperarent: ii qui mediolani Factioſi ciues per id temporis ſummæ reipublicæ ſorte præerãt. Franciſci ſphor
tiæ omnem & uirtutem & gloriam: ut erant animi iudicio hulcerato uertentes in perniciem ſuam clam cœpe
runt per henericum panicarolam uirum callidum & induſtrium: qui mercaturam uenetiis exercebat: de pace
cum Venetis agere ea conditione: ut Franciſcum unum ſphortiam ex hac Gallia ciſalpina omnino extrude/
rent. & ipſi certa inter ſe lege quas ille urbi: & oppida poſſidebat diuiderent: At Veneti quãq̃ intelligebãt ni
hil tutum ſibi futurũ cum ciuitate factionibus diſſidenti: tamen quia intelligerent omnẽ mediolanenſium cũ
ſuo duce diſcordiã ſibi non poſſe non prodeſſe rem ueluti probare & uana conſilia uerbis alere: operamque
dare: ut eæ omnes inſidiæ ad franciſcum ſphortiam præferentur: qui etiam ipſe iampridem omnia per nõnul
los optimos ciuis ex mediolano antea didicerat: diſſimulabat tamẽ futurum ſperans: ut improborum animi
præclaris ſuis integerrimiſq; operibus flecterentur: ad ſanitatẽq; redirent. Sed ubi uidet in dies magis atq; ma
gis res ſuas apud Mediolanenſes habere periculoſius: & Brixiã: quã iam eſſet in deditionẽ recepturus emãi
bus ſibi eripi Mediolanẽſiũ ad Brixianos litteris quæ ne id facerent: qm̃ propediẽ cũ Venetis forent fœdera

philipp⁹
Maria
Feraria
Chrema
philipp⁹
dux
Padus
Ticinus
Addua
Frederi/
cus rex

pcuſſuri ſuadebãt: eã coactus neceſſitate ne & ipſe & Mediolanenſes una pirẽt ſocietatẽ init cum uenetis ea
cõditione: ut ſeruato fœdere quod Philippus maria ſocer Ferariæ paucis diebus prius q̃ uitã excederet: cum
illis pcuſſerat ſibi auxilio forent & equitibus quattuor millibus: & peditibus duobus millibus & aureis num
mis terniſdenis milibus in menſes ſingulos donec oĩ Mediolanenſium ditione quæ Philippi ſoceri fuerat po
tiret. His humano atq; diuino iure ſanctiſſime conſtitutis. atq; firmatis: cũ Fran. ſphor. municipia & caſtella
omnia quæ ex bergomenſi agro atq; brixiano nuper abſtulerat: reſtituiſſet Venetis: & Chremam præterea ex
illo ferarienſi cum duce philippo fœdere traditurus prope diem foret: atq; Veneti contra annum iam inte/
grũ quæ cõuenerãt q̃ abſolutiſſimæ obſeruaſſẽt: eo iã res erat adducta: ut Mediolanenſes diutius tãti belli mo
lem tollerare nõ poſſent: pſertim qđ inteſtinis ſeditionibus fluctuarent: & boni nobiliſſimiq; ciues eã popu
larẽ tyrãnida iuxta atq; infœliciſſimum auſpicium quam erumnoſiſſime ferrent. Tũ Veneti cœpe conſilium
eius ſoluendæ ſocietatis auxiliique ferendi Mediolanenſibus contra Franciſcum ſphortiam ubi minus ipſe
quamprimum & a bello deſiſteret: & quicquid intra padum Ticinum atq; Adduam Mediolanenſibus bel/
lo abſtuliſſet: iis reſtitueret. Quæ ratio ſenatus Veneti grauitatem a propoſito mouerit: non ſatis compertũ



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eſt. Alii dicunt eos noluiſſe diutius tantam ſine ullo emolumento impẽſam ferre: alii quod uitio ſibi dari: & a Frederico rege Romanorum & a Francorum rege Carolo: & ab Alphonſo rege grauiter ducerent: quod qui libertatem uni omnium amplecti maxime tueriq; deberent: ii urbem quæ libera eſſe uellet: ad ſeruiendum cogerent. Sunt præterea: qui aſſerant illos ſibi ut uiros prudẽtiſſimos metuiſſe: ne Franciſcus ſphortia ubi uoto potitus eſſet tantis auctus elatuſq; uiribus uictricia in ſe arma conuerteret. Qui decretũ hoc edictumq; Frãciſco ſphortiæ nunciarent: lecti iam fuerant duo Paſchalis Malipperius & Vrſatus iuſtinianus: hiq; iam i itinere eſſe ferebantur cum Carolus Gonzaga uir ſtrenuus ac fortis ducẽ hortatur huiuſmodi fere uerbis. Quæ Veneti decreuerint: tenes: quid igitur cunctamur. Sine ipſe Bartholomæum hunc collionem ac reliquas uenetorum auxiliaris copias quæ hic prope apud nos ſunt: de improuiſo adoriar. Facile enim opprimam: uertãq; in prædam. Idem tu ipſe facito de cæteris Venetorum uiribus: quæ Chremam obſident. Et hoc pacto eadem hora tum Mediolanenſium peruicaciam: tum Venetorum inſidias una uiceris. Ad quæ nobiliſſimus imperator ita reſpondit. Doleo equidem Carole & uæhementer profecto: quod me Venetorum ſocietate quos & amaui ſemper: & feci plurimi: ita priuatum iri intelligam: ut quos ob maxima utrinq; data acceptaq; beneficia amiciſſimos ſemper oportuit: hoſtes ſim habiturus. Cæterum utrunq; res habeat. malo illos iniuriarum q̃ me & eſſe & haberi auctores. Deus eſt cunctis hominum uiribus longiſſime ſuperior. Huius ego fretus auxilio metuo neminem. Quare nihil prorſus quod me dedeceat: ſum facturus. Quæ cum dixiſſet: curauit illico: ut legatis Venetorum Chrema traderetur. Id enim per ipſum Carolum cuius magnæ militum manus præſidio erat Chremæ uel chremenſibus inuitis efficit. Nam q̃ antea fuerat per Philippum ſocerum ferrariẽſi fœdere conſtitutum: & ipſe poſtea confirmarat: uoluit ratum eſſet: nequid abſe factum uideretur iniuſte. Neq; minore ſe animi uel magnitudine uel clæmentia geſſit: poſteaq̃ rerum Mediolanenſium eſt potitus. Nam ubi poſt acceptam Franciſci ſphortiæ beneficio chremam Veneti decreto ſunt uſi: atq; is ſuo dũtaxat marte & incredibili ſapientia ſuis cœptis deeſſet nunq̃: tandem poſt annum a Mediolanẽſi republica proſtratis atq; cõpreſſis ſceleratorum quorũdam ciuium nefariis conatibus ultro eſt ad urbis & totius regni gubernacula una cum uxore ipſa muliere & ſancta & pia Blanca Maria ſummis etiam cum præcibus accerſitus: q̃q̃ ſeſe modeſte moderateq; geſſerit: auditore: quæſo. Vt uniuerſa urbs in ſex partis diſtributa eſt. quas portas appellãt. oratores duodecim lecti ſunt bini pro ſingulis portis. Tertius decimus lectus eſt publico decreto Franciſcus philelphus: ſiue id linguæ dicendiq; beneficio factum fuerit: ſiue q̃ hunc exiſtimarint imperatori eſſe per gratum ut qui non metuerit in ſumma gladiorum impunitate duas ad populum acerrimas habere orationes in teterrimos illos immaniſq; tyrannos: qui diuina omnia humanaq; iura uexarent atq; confunderent: & id quidem in ſacratiſſimo hoc templo in maxima omni magiſtratuum ordinumq; frequẽtia. Hic igitur cum nomine mediolanenſis reipublicæ ſolus ex omnibus oratoribus: quẽadmodum a publicis magiſtratibus mediolani conſtitutum: fuerat orationem ad Franciſcum ſphortiam: qui adhuc ſe moguntiæ continebat: habuiſſet q̃ magis potuiſſet ad perſuadendum accommodatam: ut pro immortalium ſuarum uirtutum meritis pro tot tamq; multarum rerum geſtarum gloria ſi uellet uniuerſis ciuibus rem facere gratam & periucundam: triũphali curru urbem ingrederetur more maiorum: ad hæc ille ut erat unus omnium ingenio & miti & uerecundo & graui: locutus de ſe pauca & mira cum modeſtia abſit: inquit: ut ego in patriam meam tam liberaliter ueluti reuocatus triumphans ingrediar. Quo ſi me cupitis pro benignitate ueſtra maxime honoratum operá date: ut omnia pacata inter uos eſſe offendam. Ceſſent ciuiles omnes diſcordiæ: extinguantur omnia odiorum incendia: iniuriæ omnes mea gratia condonentur: quod ut etiam ipſi & priuati faciatis & publice: ego primus quicq̃d ẽ aduerſus me meoſq; p̃petratũ aut iniuſte aut p̃uicaciter: ñ ignoſco ſolũ: ſed omnes rogo: atq; oro: ut ſẽpiterna id obliuione ex aĩo deleatis. Mecũq; ĩ poſterũ ita mutuis ceteris officiis: ut & uici & uicere æque ſit dulce: ita diuinus ille princeps locutus eſt. Et q̃ locutus eſt: re ipſa p̃ſtitit. Quo factũ eſt: ut & oĩs ciuiles diſcordias e medio ſuſtulerit: & ulciſcẽdi flãmas oĩs extinxerit & inimicos oĩs reddiderit ſibi amiciſſimos adeo ut eiꝰ obitũ non ſecus doluerint ac parẽtis. Sed q̃ poſtremo animi æq̃bilitate ſegeſſit cũ Venetis: q anno tertio poſt acceptũ ſoceri Philippi imperiũ pacatis tranq̃lliſq; rebus oĩbus ubi cõſpiraſſent cũ Alphonſo rege: maiore hũc belli apparatu adorti ſunt? Quos uni Franciſco ſphortiæ non reddiderũt aut hoſtes aut inimicos alios apertos occultos alios? Florentini ſoli iuſticiæ partes tutati ſunt: qui auctore Coſmo medice infracto animo uiro atq; ſapienti nullam impenſæ mollem nullum bellicæ fortunæ periculum recuſarunt. quo illi optimo iuſtiſſimoq; principi bene proſpectum eſſet. Cum ſemper deus optimus maximus tum eo potiſſimũ tempore Luce clarius oſtendit ſibi non eſſe neglectui uiros bonos & innocentis: Veneti .n. qui nullo iure alienũ appetebant imperium: ſuum pœne amiſere: Nam præter has duas urbis Bergomũ ac Brixiam & oppidum unum Chremam oĩa quæ in Gallia ciſalpina poſſederant iádiu intra paucos menſes ſub unius Franciſci ſphortiæ dicio-

Caroluſ rex
Alphõſus rex
Paſchalis Malipierus
Vrſatus iuſtinianus
Caroluſ gonzaga
Bartolomæꝰ colio
chrema
Blanca Maria
Franciſcus philelphus
Philippus dux
Alphõſus rex
Florentini
Coſmuſ medices
Bergomum

Brixia — nem ultro atq; alacriter deuenerunt. Idēq; & brixiani & bergomenſes chremenſeſq; feciſſent: niſi Bartholo/
chrema — mæus collio uſus ea qua ſemper fide conſueuit: in medio uincendi curſu ad Venetos defeciſſet. Qua ipſa in re
Bartho — bonitas etiam noſtri principis prætereunda hoc loco certe nō eſt. Didicerat Bartholomæum corruptum pe
lomæus — cuniæ magnitudine fugam parare ad Venetos: amici & familiares omnes hortabantur imperatorem: ut illū
collio — caperet: ne tanta de hoſte uictoria iam fere parta per unius hominis perfidiam impediretur. Idq; ſe facile effe
Alexan — ɗturum Alexander ſphortia frater uir ingenio promptus & intrepidus & induſtrius conſtanter recipiebat:
der — Tum Franciſcus Nolite me inquit mei obliuiſci: ut ei male faciam: quem effecerim maximis beneficiis: Nam
Sphor/ — & ſenæ gallicæ cum eſſet pro philippo ſocero: & ego me per id temporis continerem hæſi: audiens eū premi
tia — non mediocri inopia octomillibus nummū aureum eius inopiæ conſului: quos reddidit mihi nunq̄: & mor
ſena gal — tuo Philippo ſocero: ab quo quia clam ſentiret cum uenetis: fuerat Moguntiæ coniectus in teterrimū illū car
lica — cerem: quem nominant furnum: mea eſt opera miſeria illa omni liberatus reſtitutis etiam omnibus eius & bo
Philip/ — nis & pecuniis: quæ in ticinenſi arce quam ego iam poſſidebam: ab ipſius uſq; captiuitate ſeruabantur. Meaq;
pus dux — dein quoq; factum eſt opera atq; ſponſione: ut a republica mediolanenſium cōduceretur ſtipendio & amplo
Hæſis — & honorifico: A quibus cum non multo poſt tranſfugiſſet ad Venetos contempta omni fidei ſanctitate quā
Mogun — mediolanenſibus ſponſoriq; dediſſet: non deſtiti tamen ad poſtremum ut uidetis eundem hunc fugientem a
tia — Venetis: ab quibus ad ſupplicium quærebatur: inermē nudūq; excipere: & emolumentis maximis ac honori
bus proſequi. Malo igitur in tantis beneficiis meis rurſus falli a collione q̄ rationibus ullis adduci: ut falli ab
iſto credam: præſertim quod ea eſt uis diuinæ iuſticiæ ut nullum ſit neq; malum impunitum neq; bonum irre
muneratum. Hæc Franciſcus ſphortia & benigne & grauiter. Cæterum quo Bartholomæi auiditati occurre
Bergo/ — ret: ei belli ſummam conceſſit aduerſus Bergomum: q̄ eius rei maxime ille uidebatur cupere. Sed neq; hoc itē
mum — pacto mederi potuit ingenio auariſſimo ac neq̄ quo minus contempta omni hominum fama deniq; reueren
tia poſt acceptum grande auri pondus homo unus omnium ingratiſſimus tranſfugerit ad Venetos. Qui ſi/
Paulus — bi tamen rebuſq; ſuis nihilo eius acceſſione minus metuentes de pace per Paulum Barbum legatum ſuum ui
barbus — rum patricium & illuſtrem continuo egerunt: quam ipſam princeps moderatiſſimus non ſolum non recuſa/
uit: ſed ultro etiam caſtella omnia municipia omnia oppida omnia: quæ iure belli ſibi uēdicarat: Venetis do
no ceſſit: quo nihil deeſſet omnino ad perpetuæ pacis ſtabilimentum ac robur imitatus ſane quod ſcriptū eſt:
pacem meam relinquo uobis: pacem meam do uobis: Cum enim delectaretur omnem per ſe pacari Italiam:
Euange — nihil per ſeſe deeſſe uoluit ad tollendam omnem belli non materiam modo ſed etiam ſuſpitionem. Altius cer
licū præ — te animus eius ſuſpiciebat: qui mortalia deſpiceret omnia immortalis illius uitæ gloriam beatitudinemq; cō
ceptum — templans: ad quam ſola iuſticia nos perducit. Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: iquit zacharias. Itaq;
Zacha/ — uenit redemptor humani generis rex Iheſus. ut iuſtiſſimum noſtrum principem corporeo carcere aliquando
rias Ihe — liberatum pro ſua iuſticia ſaluum faceret. Nam ut recte ac uero apud homerum ait Eumæus: non amat inui/
ſus — ſtos homines qui iuſque piumque Ornat honore deus. Haud ſane mortuus eſt Franciſcus Sphortia: qui per
Home — tam multa tamque præclara iuſticiæ opera ſe in omnem uitam tutatus eſt: ſed dormit: ut de puella iquit Chri/
rus — ſtus: Reuiuiſcet enim ac reſurget in gloria non hac fragili & inani. quam uanæ hominum circunferunt auræ:
Eumæ9 — ſed in illa potius. quam nulla circunſcriptura eſt ætas nulla deletura antiquitas nullus extincturus interitus.
Chriſt9 — Nunc omnibus humanæ peregrinationis periculis liber eſt. Iam nuſquam de uiis oberrare poteſt anfractibus
Quieſcit iam tandem apud creatorem ſuum omni cura ſollicitudineq; ſolutus: Nunc tranquillus nunc bea/
Secūda — tus eſt. Nam quid per immortalem deum tantopere doleamus? Lugeantur ſontes. lugeantur flagitioſi: quo/
cauſa — rum animi ſempiternis ſuppliciis cruciantur: Nam quod eſt cuiq̄ apud inferos ſupplicium metuendum: qui
ſupplicio dignum nihil in uita geſſerit? Quin potius nunc poſtea q̄ euaſit ex huius uitæ laboribus. quæ ſtimu
Tertia — lis & moleſtus & corporis & animi nunquam uacat: fruitur Franciſcus ſphortia uera incorruptaq; uolupta
cauſa — te & gaudio ſempiterno: quando quidem coram illum & aſpicit: & uidet: & contemplatur: qui ſolus fons &
Quarta — origo eſt totius fœlicitatis atq; beatitudinis. Præterea nec ullus acerbior eſt dolor in morte: quæ aliud nihil eſt
cauſa — q̄ uitæ priuatio in corpore atq; abſentia: ut docet Ariſtoteles & id quidem ex corruptione proportionis cor
Ariſto/ — poreæ. Nam quandiu elementorum proportio humanum continet corpus: uita animis illud afficit: ac mo/
teles — uet. Ea ſi corrumpatur: animus ipſe incorruptus diſcedit a corpore: morſq; continuo conſequitur ſenſu om/
ni penitus ſublato. Quid igitur ſtultorum hominum greges mortem adeo ducūt in malis? quæ: ut monebat
Arceſilaus illuſtris uir academicus: ut abſens: & expectata egritudinis plurimum ſolet afferre dementibus: ita
Arceſila — præſens nemini eſt moleſta: quippe quæ a perpetuo ſopore quodam differat nihil. Dolere autem ex incōmo
us — do proprio hominis eſt: qui non tam alterum amet q̄ ſeipſum. quiq; a fœneratore differat nihil. Qui.n. ex
Quinta — amiſſione cōmodi quod ſperabat. dolet mortē alterius gauderet is certe. ſi ex eius uita icommodū. metuiſſet:
cauſa

q̄ꝗ ſapientiſſimus ille princeps à nobis abiit ita bene.atq; moderate compoſitis rebus ſuis.uniuerſoq; impe/
rio.ut ſiquid nobis dolendum eſt.illud ſit ſane.quod ſi unius illius obitu innumerabiliũ cõmitatu uirtutũ or
bati ſumus.Sed eo pn̄ceps probatiſſimi ueſtra futura illuſtrior ẽ laus:ſi annitemini.ut nulla uideamini illi bo
nitate diſſimiles.Ad hæreditatẽ ſuccedere fortunæ ẽ beneficiũ.ſed eã reꝝ geſtaꝝ gloria propagare ueſtræ uir
tutis ꝓpriũ eſt munus.q̄ſi nõ pluris faciundus ſit Alexãder Macedo.quod ad ultimas uſq; terraꝝ mœras im
periũ propagarit.q̄ꝫ quod Philippi patris regnũ accepit.Nos aũt q ſub ueſtra diciõe uitã acturi ſumus.eo fe/
renus moderati⁹ illius abſentiæ deſideriũ.q̄n ante oculos ponẽtes q̄ a uobis recte.& cũ laude geſta fuerit.pa
trẽ optimũ in liberis uobis optimis uiuere exiſtimabim⁹.& ita nihil ex eius morte nobis eẽ incõmodatum.
Nec.n.mors ĩ malis habẽda ẽ.q̄ cõſtituta oib⁹ ẽ natura.nec uitã tollit.ſed cõmutat corruptibilẽ hãc.atq; æ̃rũ
noſã ĩ ſimplicẽ illã.& ſecurã.& ſẽpiternã.Præterea q̄d pythagorei monẽt.ñ abſurdũ fortaſſe fuerit audire.

Quos diuina homini dederit fortuna labores:
Quæ tibi ſors fuerit.capito neq; ferto moleſte.

Cui etiam ipſi ſententiæ aſtipulatur prudenter Anaxagoræ diſcipulus Euripides ille tragicus:cũm ait.

Caſus ſiniſtros qui bene tulerit mihi
Vir optimus uidetur.ac ſapiens quidem.

Quanq̄ſi recte rẽ ipam iterp̄temur.neq; illi graui⁹.neque nobis inopinatũ quicq̄ accidit.Nã quãdiu erat pe
regrinandũ ĩ huius uitæ hũanæ ſalebris? Aduena ego ſum aput te ĩ terra dicebat Dauid & pegrinus:ſicuti oẽs
p̄res mei.Siue.n.mors altiſſimo ſit ſomno ꝑ ſimilis:ſiue lõgæ:atque diuturnæ pegrinatiõi:ut ait Plato:ea cer
te nõ bona eẽ nõ põt:cũ & animi angorib⁹:& laboribus corporis nos ſoluit oĩo.Ad hæc an ignoram⁹ quo
diuturnior eſt hoĩs uita:eo eẽ calamitati magis obnoxiã? Stultus ꝑfecto:& amẽs ille mihi uideri debet:q co/
mũis hoĩum caſus:& hũanæ uitæ fragilitatẽ nõ extimeſcit.Si Cyrus clariſſimus ille rex pſaꝝ poſt tot:tãtaſq;
uictorias potitus ẽt babylone cõtinuo eſſet extictus:ludibrio Tomiridi nõ fuiſſet.Idẽ cũ de aliis ꝑ multis &
dici:& cognoſci põt:tũ maxĩe de Gn.põpeo magno:de.G.Iulio cæſare:de Marco Tullio Cicerõe pſpicuũ
eſt q ſi iuniores obiſſent:inimicoꝝ oculos cladib⁹ ſuis nõ ſatiaſſent.Quid tñ nobis afferre q̄ãt maior an/
noꝝ nũerus:q̄doquidẽ ſi Mathuſalẽ illius æquaremus ætatẽ:q ãno q̄rtodecimo poſt diluuiũ morti cõceſſit:
cũ ãnos nouẽ & ſexaginta ſupra nõgentos uixiſſet:nihil tñ ex tãta uitæ lõgitudine nobis aliud ſupeſſet:q̄ ma
ior ſarcina peccatoꝝ.Xerxes ille ĩſolẽs:& ſupbus:q cũ q̄nquies decies cẽtenis hoĩum millib⁹ helleſpõto:boſ
phoroq; cõſtratis:& Atho uelificato traiecit ĩ græciã cũ ex altiore loco ſuũ oẽm cõſpicaret̃ exercitũ illachry
maſſe traditur quoniã diceret poſt centũ ãnos ſe ex tãta multitudine uiſuꝝ neminẽ.Quæ.n.ulla t̃pis longitu
do cũ æternitate cõtendat? Si rõe rem malimus q̄ ullo nr̃o uel cõmodo expendere:uel libidine:ſatis ſibi Fr.
ſphortia ſatis gloriæ:ſatis naturæ uixerat:q tãtis & tã multis rebus ſũma geſtis cũ laude:regno pulcherrimo ñ
cõparato ſolũ:ſed ẽt ſtabilito ãnos uixerit q̄ttuor & ſexagita:mẽſis ſeptẽ:dieb⁹ q̄ttuordecim:relicto tã fœli/
ci filioꝝ cœtu una cũ uxore ſpectatiſſima:prudẽtiſſimã:optĩa in tãta Italiæ pace quã ipſe peperat ſolus ĩ tãta
illuſtriũ ciuitatũ:potẽtiſſimorũq; regũ ac principũ ſocietate:& amicitia:quos ſuis ſibi maximis deuixerat be
neficiis.Quid ãt mirari quenq̄ oportet:ſi naturæ ad cõſtitutã diẽ:quã p̄terire nõ licebat:debitũ ſoluerit.qui
natura mortalis erat.Mortuus ẽ inq̄ tẽpeſtiue Frãciſcus ſphortia nõ minus q̄ fortũate.id quod ex eius nata/
lis Horoſcopo dignoſci ẽt licet.Quas ob res.ut tandẽ aliquãdo poremus.quæ mea ſit ſnia.cognoſcite.obſe
cro moderatiſſimi principes.Satis ut opinior.mõ oſtẽdimus.q̄ in hac uita mortaliũ,optari cuiq̄ fœlicitas po
teſt.eã ita uni Frãciſco ſphortiæ cõtigiſſe.ut fieri maior nulla q̄ret acceſſio.Nã & animi bõis.& corporis un⁹
oĩum polluit maxĩe.Fortunã habuit ſꝑ ſplẽdidiſſimis uirtutibus ſuis adeo in reb⁹ oĩbus obſequentẽ.ut eaꝝ ar
bitrio uti uideret̃.Aliud nihil erat reliquũ.q̄ꝫ optaret p̄ter eã beatitudinẽ.q̄ nulli fortũe.nulli corruptioni ſu
biecta eſt.Hãc illũ poſt mortẽ adeptũ eſſe cui ſit ambigendũ? Nõ.n.ſolũ eas uirtutes cõſectatus eſt ſꝑ dũ uixit
q̄bus itur.ſed multo ẽt ſtudioſius q̄bus peruenitur ad deũ.Nã religione.ſanctimõia.pietate nihil apud ſe unq̄
antiquius eẽ uoluit.Nõ tenebat ſolũ.ſed ẽt p̄dicabat diuinã eſſe iuſticiã⁊ qua & iuſti in altera uita pro his labo
ribus p̄mia reciperent.quos hic inique ꝑpeſſi eẽnt.& iniuſti pro ipſis operibus plecterentur.Nullus unq̄ di/
es illuxit ne belli q̄dẽ & inter inſidias hoſtiũ.q̄n genibus nudis humi nixus ñ deuotas.ac ſupplicis minus quã
prolyxas orõnes haberet ad deũ.Nunq̄ p̄teriit dies.quo minus religioſis officiis.atq; ſacrificiis inter eẽt:Idq;
ab ineunte uſq; ætate.Nunq̄.n.aut ineptis ludicris.aut tribudiis & ſaltationibus delectatus ẽ.ſed ad ꝓbitatẽ
ſuas oĩs actiones.ad deũq; referebat.Eius fide ſanctius nihil erat Nemini unquã opus negauit miſericordiæ.
ne inimicis quidem.Viros rerum diuinaꝝ peritos non minus uenerabat̃ pie.quã audiebat libenter.Et ne ſim
longior.quam parẽ.conuocarat Pius ſecundus pontifex maximus annis ſuperioribus in cõuentũ illũ mãtua
num principes oĩs.regeſq; chriſtianos ad conſultandum de cõſtituenda expeditione aduerſus impetũ.inima/
nitatemq; Turcorum.qui capta iam.& direpta inferiore Pãnonia Italiæ ueluti portis iminerẽt.Cæteri chri
ſtianæ reipublicæ potentatus.& hi quidem pauci miſerunt oratores:qui aliud nullum præter uerba inania ad
iumentum afferrent ad opus tã pium.tam neceſſarium.tam ſalutare.At ſolus Franciſcus ſphortia non orato
res miſit.ſed ipſemet uenit cũ uniuerſa aula.& illuſtri ſua illa nobilitate.quæ uniuerſam romanam curiam il/
luſtraret.Is inquã Franciſcus ſua illa grauiſſima.& maieſtatis plena oratione præſens.corãque pollicitus eſt
non ſolũ expoſitũ ire facultates oĩs.atq; uires ſuas ad propulſandã.& profligandã uim oẽm.conatuſq; turco
rum.ſed ituꝝ etiã ſeſe cũ exercitu pro ipſius ſummi pontificis uoluntate.neq; ullum non modo imperatoris:

Alexander rex
Philippus rex
Sexta: cauſa
Pythagorei
Anaxagoras
Euripides
Dauid
Cyrus rex Babilõ
Tomiris
Gn.põpei⁹ magnus
G.Iuli⁹ cæſar
M.Tullius cicero
Mathuſalem
Xerxes
Helleſpõtus
Boſphorus
Athos
Græcia
Italia
Horoſcopus
Concluſio generalis per enumerationẽ & amplificationem
Pi⁹ põt. maxim⁹
Turci
Pannonia
Italia

prestare ingenii potero viribus

ſed ne militis quidem aut laborem:aut uitæ periculum omiſſurum pro libertate:atq; amplificatione:& ſplen
Chriſt⁹ opt. max.
dore fidei chriſtianæ.Et dubitabit quiſq; de huius pientiſſimi principis cæleſti beatitudine apud chriſtum:q
chriſti opera per uniuerſam uitam repreſentarit? Nec.n.cum mors offendit incautum:qui ſexta feria nomi/
nis martiis:cuius poſteridie euolauit in cælum:coniectis deuotis:tranquilliſq; oculis in ſaluatoris imaginem:
quam tabula depicta e regione lecti continebat:ait miti uoce:ac ſupplici:uiſne domine ita omnino? fiat ergo
uoluntas tua.Quare poſitis lamentis omnibus:& querelis non tam nobis dolendum eſt:quod talem prin/
cipem amiſerimus:q̃ lætandum·quod talem habuerimus:cuius mirificas:immortaliſq; uirtutes ſi ſemper aio
uolutabimus.eaſq; apud omnes quottidie crebris ſermonibus uſurpabimus:incredibili profecto mihi credi/
te:uoluptate detinebimur.Nam quid tantum doloris mors cuiq̃ poteſt afferre:in qua ipſa non ſolum nulla ẽ
iuſta lugendi cauſa:ut modo probauimus:ſed etiam cum alia plæraq; bona inſunt:tum illud in primis:quod
Ambroſius
& uitia ſepelit:ut inquit Ambroſius:& uirtutes ſuſcitat? Itaq; rectiſſime ſcriptum eſt.Moriatur anima mea i
Ariſtippus.
animis iuſtorum.Si ariſtippus ille cyrenaicus:quo humanæ uitæ conſuleret:quicquid auri:quicquid nummo
rum habuit:dicitur abiecíſſe:nos ut in cælo ſempiterni futuri ſimus:uitam hanc inſtabilẽ:& incertam tãtope
Menicœus Codrus Phileni Curtius Decii tres
re tuebimur? Si Menicœus thebáus:ſi rex athenaꝝ codrus:ſi phileni:ſi curtius:ſi tres illi decii pater:filius: ac
nepos:ſi alii nonnulli uiri magni:& clari inani ducti gloria huiuſmodi ſponte morti ſe dediderũt.nos ut glo
riam cæleſtem adipiſcamur:mortem hanc adeo doleamus:que uel naturæ curſu obuenerit.uel dono oĩpoten
tis dei:prouidentiaq; contigerit? Sed ne ſi longior fuero:maiorem uobis patres cõſcripti:aulicíq; ducales: ac
reliqui nobiliſſimi ciues:quo ad uos tandem ſolos noſtra ſe conuertat oratio:acerbiorem ex recordatione illi
us noſtri amiſſi principis dolorem incutiam:cum omne uulnus eo magis exulceratur:atq; recrudeſcit: quo at
trectatur magis.Hoc ego loco finem dicẽdi faciam:ſi unum illud uos prius commouero:propterea eſſe oẽs
reliqas ægritudinis ex animis noſtris radicitus extirpandas:ꝗ non modo non eſt mortuus Franciſcus ſphor
tia:ſed uiuit adhuc:uigetq;:ac ſapit:& in dies magis:magiſq; adoleſcit cum in reliquis ſuis liberis : & ſua præ
Galeaciſu Maria dux
ſtanti indole:& ſpe paternæ probitatis inſignibus:tũ potiſſimũ in excellentiſſimo duce noſtro Galeacio Ma,
cuius tantus ingenii ſplendor tanta magnitudo animi:tanta orationis maieſtas:tanta in deũ ueneratio: tanta
iuſticia:tanta benignitas:tantũ honeſtatis ſtudiũ:ut certo ſpare iam liceat:hunc paternã gloriã oẽm non equa
Achilleſ Pelleus
turꝝ mõ:ſed etiã nõ ſecus ſuperaturꝝ:quã ac Achille canitur pelleus ſuperatus.Nã de huius matre Blãca Ma
Blanca Maria
ria regina noſtra qd attinet plura meminiſſe:cuius innocẽtiſſima uita:ſanctiſſimiq; mores apud ipſos etiã ho
ſtis ſunt uenerabiles? Quotiens in hos coniecerimus noſtros oculos:ac mentẽ cũ noſtre fidei:ſynceræq; pie/
F.ſphortia dux
tatis fungemur officio.tũ diui Franciſci ſphortiæ humanitatẽ:beneficentiã:abſolutiſſimaſq; uirtutes iucũdiſ
ſima cũ animi uoluptate in memoriã reuocabimus.Nã quod in me eſt.unũ illud uobis polliceor: promitto:
Frãciſc⁹ philelphus
ſpondeo.quantũ pſtare ingenii potero uiribus:quantũ lingua reſonare:quantũ arũdine latine:græceq; ſcribẽ
do cõſequi aut oratoria:aut poetica facultate.ſp unus apud me Fr.Sphortia memorabit̃.audietur.legetur.ut
non mortuũ minus.quã uiuũ ab uno Franciſco philelpho.& amatũ illũ.& obſeruatũ.& celebratũ preſentẽ
omnes.uenturiq; cognoſcant.

Finis.

Quæ quidẽ oratio habita ẽ ab eodẽ Franciſco Philelpho eqte aurato.laureatoq; pœta ĩ eccleſia cathedra
li Mediolãi.die lũe.vii.Idus Martias.ãno a natali xpiano Milleſimo q̃dringẽteſimo ſexageſimo ſeptimo.

FRANCISCI PHILELPHI.Oratio habita ĩ funere diuæ uiraginis Blãcæ Mariæ Mediolanẽſiũ ducis.

n

VNQuam Futurum exiſtimarã:Patres cõſcripti.ut noſtro huic inuictiſſimo.atq; optimo
Galeacius Maria
principi Galeatio Mariæ ſphortiæ conſolator accedere in luctu tã inopinato.tanq̃ immatu
ro clariſſimæ.indulgentiſſimæq; matris.ac uiraginis inclytæ Blancæ Mariæ. quã quidẽ una
ex uniuerſo mulieꝝ oĩum genere nihil ætas noſtra pulchrius tulit.nihil illuſtrius.nihil pſtan
tius.nihil melius.nihil uenerabilius.nihil deniq; ex omni parte perfectius. Nam & ſi noram
illã eſſe natura mortalẽ.tñ cum mecũ ipſe tacitus cogitarẽ.quanta foret uitæ cõtinentia.quã
ta frugalitate.quanta in rebus omnibus moderatione . & ordine.minime profecto dubitare poteram homo
ſeptuagenarius iã & amplius.me nunq̃ eius funeri iterfuturꝝ.q̃ nondũ abſoluiſſet ætatis annũ quartũ & qua
drageſimũ.Sed inanis ẽ prorſus.atq; irridẽda noſtra oĩs hũana prudẽtia.ut uelimus nobis certi qcq̃.icertiue
polliceri.q qua hoĩs pte mortales ſumus.oĩ mutabilitati.ĩfirmitati.corruptiõi ſubiaceam⁹.Itaq; nõ poſſũ nõ
Blanca Maria
miſereri & hũanæ cõditiõis.& ipſi⁹ mei q in id miſeriaꝝ iciderim.ut eius ſim funus deploratur⁹.in cuius ui/
ta certiſſimũ mihi.liberiſq; meis pſidiũ collocarã.Veniõe ipſe te laudatur⁹ mortuã Blãca Maria.q̃ ob inũera
bilis tuas.diuinaſq; uirtutes digna fueras ut ñ morte ſolũ.ſed mortis oĩ uacares ſuſpitiõe? Nã quo magis atq;
magis tuã ꝓbitatẽ.& moꝝ itegritatẽ.pudicitiã.inocentiã.fidẽ.pietatẽ.ſãctimoniãq; cõſydero eo me maior
ex obitu tuo mæror adeo iuadit.ut qd de te primũ locutur⁹ ſim.neſciã. Fulgor.n.pñæ.parẽtũq; claritudo.ac
cætera oĩa.q̃ ſub fortũæ iperio poſita cẽſent̃.tametſi magna i te fuerãt.& excelſa.hæc tñ alia ſũt.ut ꝓpria neq̃
ant cuiuſquã bõa appellari.at excellẽtia aĩ tui.maieſtaſq; uirtutis me d te mecũ diligẽti⁹ cogitãtẽ ita reddit atto
nitũ.ut ab hac oĩ cõſolãdi orõe deterreat.Oh q̃ta.& q̃ grauis ad nos calãitas uirago heroica ex tua deceſſiõe
puenit.Heu q̃ nñ nos cogitat⁹ d tua diuturnitate feſellerũt.ut cui⁹ uitã q̃l ogiſſimã for̃ putarem⁹.ea i floreſcen
tis adhuc ætatis decor̃ dciderit.Sed quo feror fanatic⁹ ſenex? Quo me⁹ me itollerabilis pcipitẽ rapit mæror?
Quo pacto ſim alios cõſolatur⁹ i tãta luctus acerbitate.niſi mihi tãtiſper ãtea moderer a doloris aculeis.do
nec de tuis diuinis laudibus uerba faciens ex illaꝝ breui cõmemoratione digna cõſolatio oriat̃.Sd qd tandẽ

initium de iis facere aggredior? Non ne id unum eſt præſtantiæ tuæ certiſſimum argumentum: quod natura
omnipotens: quod deus ipſe optimus maximus de te una mulierum plane omnium: quæ aut ſunt: aut fuerũt
unq̃ aut in omnem poſteritatem futuræ ſunt: innocentiſſima: & optima admirabilia quædam: ac dilucida ſi-
gna tulit: quæ nulla hominum queat deprauare malignitas? Cum primum enim cœpiſti ægrotare: nouum a-
ſtrum exoritur: quod antea nũq̃ huiuſmodi nec uiſum: nec auditum magnum neſcio quid: atq; obſtupẽdum
portendere uidebatur. Nam ut mea fert opinio.

Comætes

Non eſt ille ferus: qui uexat regna Cometes:
Et ſolet humanis rebus adeſſe minax:
Sed quod olympiaco deus auctor miſit ab axe.
Sydere quo tanto regna ſuperna colas.

Voluit enim deus: ut quo illuſtrium uirtutum omnium ductu ueluti ſplendidiſſimo quodam ſydere tuæ futu-
ræ poſt mortem beatitudini in terra præluxeris eodem nunc illuſtreris in cælo. Quo factum mirabiliter ui-
demus: ut una cum tuo obitu aſtrum ipſum ex hominum oculis occidens continuo euanuerit. Nulla eſt ſane
tanta uel leuitas uel celeritas: quæ cum animi aut leuitate aut celeritate conferri queat. Tu Blanca Maria tu in-
quam mulier ſapientiſſima cunctis abſterſa humanis ſordibus & omni terreſtri cœno purgata penitus corpo-
reiſq; ſoluta uinculis libera omnino atq; tui compos leuiſſimo quodam celerimoq; uolatu in cælum illicet es
euecta æterno gaudio inter angelos potitura. Non enim cum illis ſentio patres ampliſſimi: qui nemini pate-
re putant neq; bono cæleſtem gloriam: neque malo iſernale ſupplicium ad plenitudinem uſq; temporis ac fu-
turum illud uniuerſale iudicium. Sed aſcendit cõtinuo in cælum tum e corpore eſt egreſſa diua regina hæc no-
ſtra: ubi iam fruitur ſuorum mercede meritorum in cõſpectu creatoris ſui. Id uero quãquam ita de te mihi &
tenendum uidetur & affirmandum uirago ſanctiſſima: tamen cum tanta nos obtuam ex hac uita migratio-
nem læticia & tanq; beatitudine priuatos intueor non poſſum equidem non fateri aliquid eſſe cõcedendum
imbecillitati naturæ. Nam ut nimia ægritudo animi eſt mollium ſtultarumq; fœminarum: ita moderatus q-
dam atq; ſedatus animi motus in luctu repræhendi non debet. Quo enim pacto per deum immortalem nos
ipſos contineamus generoſa excellentiſſimaq; uirago: quo minus animo commoueamur: cunte coram iacẽ-
tem extinctamq; aſpicimus. Vbi eſt tua illa uenuſta facies niue omni candidior. Vbi roſæ nitidæq; genæ: qui-
bus gratiarum: quas fabulantur: mirabilis decor quidam referebatur? Vbi oculorum ſplendor ſolaribus mi-
cantior radiis? Vbi ubi tuus ille grauiſſimus ſermo mira ſuauitate conditus? Heu heu me miſerum atq; infeli-
cem. Quis uſq; adeo ſit animo ſaxeo ac ferreo: qui hæc tanta & tam eximia naturæ bona iſinitis quibuſdam
atq; inauditis illuſtrata uirtutibus non requirat amiſſa? non queratur? non ingemiſcat? non collacrymetur?
Cæterum omni in re modus ſeruandus eſt patres conſcripti & ita humanæ infirmitatis concedendum: ut ne-
quid minus ſecundum illius Chilonis lacedæmonii ſapientiſſimum dictum. Itaq; omiſſis omnibus & quere-
lis & lachrymis noſtra ſe oĩs ad te conuertatur oratio Galeaci Maria princeps moderatiſſime. Scio tibi neq;
admonitore opus eſſe ad acriter recteq; de unaquaq; re iudicandũ: qui ſis ingenio diuino potius q̃ humano:
neq; adhortatore ad ſingulas uite actiones pro dignitate atq; officio abeũdas: cuius prudẽtia tanta eſt ut uix
habeas parem: ſuperiorem certe neminem. Quo ſit: ut paucis mihi tecum ſapientiſſimo & ingenti animo ui-
ro agendum intelligam. Aegre tuliſſe te & permoleſte maternum obitum & ſi dubitat nemo: tamen ea eſt per-
ſpicua coniectura: quod ubi certior factus es prudentium medicorum litteris matrem extremo iam ſpiritu la-
borare: ipſe tam triſti perculſus nuncio confeſtim relicto firmiſſimo robuſtiſſimoq; exercitu: quem aduerſus
adorientis Sabbaudienſium copias ad indubitatam ac certam non pugnam ſed uictoriam inſtruxeras: ma-
trem uiſurus allocuturuſq; deuolaſti. Neq; interea temporis uſquam a gemitu ac lachrymis es tibi inter equi-
tandum moderatus. Abiatem ad meridiem cum ueniſſes: nec multo poſt Mediolanum: quotiens te intra cu-
biculum recepiſſes: lamentationibus & fletibus nũquam abſtinuiſti. Ad Melinianum ubi perueniſſes ad ma-
trem iam morti propinquam: tu hoc loco facile oſtendiſti ut par erat: & magnitudinem inuicti animi tui: &
ꝓcipuã quandã ſingularẽq; ſapientiã. Nã quãquã eã intuens tãta es cõfectus aĩ acerbitate: ut uix a te manũ cõ-
tinueris: tñ quod unũ difficillimũ eſt: uiciſti teipſum: q gemitu omni lachrymiſq; cõpreſſis in hunc modũ lo-
cutus ſine ulla mutatione uultus perhiberis. Mater dulciſſima cur adeo te proſternis atq; affligis. Vbi eſt for-
titudo animi tui? Vbi conſtantia? Vbi magnitudo? De te mihi medici ſpem dant optimam. Teq; prope diẽ
omni aduerſæ ualitudinis periculo liberam fore certo pollicentur. Noli obſecro mater indulgẽtiſſima a teip-
ſa deſciſcerẽ. Collige aĩum tuũ. Noli te ultro deſererẽ. Nũ fortaſſis ignoras meã uitã a tua pẽdere uita? Propter
me ſaltẽ quẽ ex oĩbus tuis liberis maxime diligis: dilexiſtiq; ſemp: redi ad te ſpemq; uiuẽdi reuoca. Quib⁹ ma-
ter iter freq̃ntis anhælitus auditis & ſpiritu: quẽ iã pœne amiſerat: ueluti reuocato oculos in te unũ cõiiciens.
Vero inq̃t: Galeaci fili mi: iucundiſſime locutus es. Nullũ ex oĩbus meis liberis neq; magis dilexi unquã: neq;
pluris feci quã te. Sed ego ut potes aĩaduerteret: naturæ ſatiſfeci. Deus nr̃ me ꝑ ſua miſericordia ad ſe reuocat.
Huic parendũ eſt. Cõmendo tibi aĩam meã: deinde fratres hos tuos oĩs Elyſabetãq; ſororem quoꝝ te patrẽ
eſſe oportet. Hyppolytæ uero filiæ mihi dulciſſimæ ut quibuſcunq; in rebus opus fuerit: nũquam ſis defutu-
rus: ita abs te peto: ut aliud ex animo nihil magis. Commendo tibi Mediolanenſes meos cæteroſq; paternæ
ditionis populos. Cremonẽſes uero q mihi ex paterno iure dotales ſunt tibi do atq; reliquo dono: quos nec
alterius cuiuſq̃ fore unq̃ uolui. Ea tamẽ lege cremonẽſes tibi do atq; relinquo dono: ut urbs tui ſit iuris: ſed ut

Ambroſii opinio in libro de bono mortis

Gratia

chilo lacedemonius

Sabbaudienſes
Abiatis
Mediolanum
Melinianum

Elyſabeta
Hippolyta
Mediolanẽſes
Cremonenſes

bis prouentus omnes æqualiter inter te fratreſq; tuos diuidantur.Eos autem omnes ciues ut commendatiſſi
mos habeas:uelim.Ita enim meriti de me ſunt.Ad poſtremum familiam noſtram omnem ita tractabis:ut in
telligat obſequia in me ſua non fuiſſe fruſtra.Ego iam pœnis corporis liberata beneficio beatæ Mariæ uirgi/
nis cum Iheſu chriſto redemptore noſtro futura ſum.Quibus dictis perinde quaſi obdormiſſet:uitam deſe/
ruit.Quod ipſe princeps humaniſſimæ. aſpiciens diutius naturæ aduerſari nequiuiſti:quin ſenſibus cunctis
fere amiſſis uoce etiam intercluſa excideris.Quo quidem tempore a fratribus obſeruantiæ beati Franciſci:
qui diuino quodam nutu ſex ac triginta ex ordine illo primarii eo die in id cubiculi nec accerſiti nec rei cõſcii
conuenerant:ulnis exceptus in proximum cubiculum es delatus.Vbi cum poſt ſpatium rediſſes ad te:& iter
ceptas corporis uires uix recuperaſſes tum eſt ab omnibus intellectum idem dici de te ueriſſime potuiſſe: qđ
de ænea uirgilius cecinit.Spem uultu ſimulat:præmit altum corde dolorem.Simulabas tu modo hilaritatem
quandam in facie:cum matrem ad bene de ſe ſperandum adhortabaris:cum doloris tamen uulneribus cor ti/
bi tuum transfigeretur.In quos enim ſingultus eueſtigio es ſolutus?Quæ mæroris uerba in medium protuli/
ſti?Quos lachrymarum effudiſti duos?Quæ non es queſtus.Non lamentatus.non uociferatus?Oblitus tu
quidem ob maternam pietatem id quod tua bona cum uenia dictum uelim:decere principem nihil habere cõ
mune cum uulgo.Lamententur mulierculæ.Eiulentur.indocti.At uir magnus atq; idem ſapiens ſe ſui ſimilẽ
ſemper præſtet.Tu ſicuti unus es ciuibus tuis uniuerſis ut poteſtate:ita etiam omni uirtutis genere ſuperior:
te talem oſtende:qualis & es:& haberis infracto & forti animo principem:præſertim cum nulla ſit tibi obla
ta honeſti:cuiuſquam fletus & eiulatus cauſa.Mater tibi mortua eſt.Mortua ſane mulier omni muliebri ſexu
& dignitate præſtantior.Quam enim Artemiſiam quam Pantheam quam Corneliam quam Liuiam augu
ſtam cum unius Blancæ Mariæ tot ſummis:tantiſq; uirtutibus comparemus?Quid enim loquar ut hinc pri
mum ordiar de eius animi pudicitia:quæ neſciam:maior ne fuerit an caſtitas impolluti illius corporis q̃ ſem
per non uenerati minus q̃ admirati ſunt omnes.Sermonis autem pudor cum facti cuiuſq; uerecundia contẽ
debat:ut æqua:in uerbis nulla deprehendi poſſet uel obſcœnitas uel ſcurrilitas atq; in factis quicq̃ quod minus
conueniret cum grauitate & ſanctimonia.Itaq; cynicorum ineptam impudentiam loco flagitii ducebat: qui
& ſuis uerbis nude omnia appellarent:& facere multa in pro patulo non erubeſcerent: quibus nihilo differ/
rent a ſpurciſſimis animantibus. Nec tamen interdum non utebatur ſalibus & cauillis: quibus ita utaba/
tur: ut offenderet neminem: & placeret omnibus. Humanitate uero & clementia erat tanta: ut uirum e/
tiam Franciſcum anteiret: quo quidem uno nec .G.Iulius cæſar ille: qui humanitatis & clæmentiæ lau/
dibus fertur in cælum: uel humanior uel clæmentior haberetur. Quam naturæ bonitatem & animi ma/
gnitudinem: per uniuerſam uitam adeo eſt amplexa: ut nedum omnem obliuiſceretur iniuriam: ſed iis
etiam benefaceret:a quibus iniuriam accepiſſet:ſecuta ea quidem diuinum præceptum illud mihi uindictam/
& ego retribuam.Omnia enim mulier integerrima ſemper ad deum referebat.quem norat ſupra hominum
merita munificentiſſime retribuere Artaxerxes cognomento memor ut adeuntibus & facilem ſeſe præſtabat
& obſequentem ita legitimæ iubebat uxori:ut carpenti regii aulæis undiq; ſublatus aditum adeundi ſui inter
proficiſcendum is quam facillimũ faceret:qui re aliqua egerent?At Blanca Maria ita ingenio erat miti ac pla
cido:ut ſine cuiuſquam admonitione adire ſe uolentem intempeſtiuum duceret neminem.Quinimmo ea at
tentione atq; lenitate unumquemq; audiebat:ut obſequentiſſimi numinis benignitatem repræſentaret. Vide
mus pleraſq; prope omnis mulieres & comparandæ & congerendæ pecuniæ per cupidas. Aquarum natu/
ra ac moribus q̃ eſſet hæc aliena operæ præcium eſt breuiter audire.Nondum exceſſerat īfantiæ terminos cũ
hanc Philippus pater ad ſeſe accerſitam:nam huius & ſuauiſſimo affatu & aſpectu ipſo delectabatur pluri/
mum uel ob eam rem maxime.quod circa liniamenta corporis uideret eam ſibi quam ſimillimam: ut aureos
nummos: quorũ millia per multa caſu iacebant in appoſita menſa a Genuẽſibus miſſa dono:acciperet.quot
quot uellet.hortatus eſt.At infantula ne oculos quidem conuertens in genuinos non mihi iſtis opus eſt.in/
quit:mi pater.nam nihil iſtiuſmodi mihi deeſt per matrem meam.Quæ uerba Philippus admiratus.At uolu
mus.īquit:accipias ſaltem decem.Tum illa paternis obſecuta iuſſis aureis decem acceptis:& ei gratias egit:&
manum uerecunde oſculata cum primum reuertiſſet ad matrem eam omnem pecuniam.iter ancillulas diſtri/
buit accipite inquiens:quo matri meæ cariſſimæ libentius ſimul ac diligentius pareatis.A quibus ſane initiis
infantiæ cum nullum unq̃ peculium fecit:tum quaſcunq; ex ampliſſimis prouentibus ſuis conſecuta eſt pecu
nias:eas omnis q̃ liberaliſſime & pro dignitate merentium uſq; diſtribuit.Quid ſigillatim eos meminero:
quos nullo quaſi numero ſuæ munificentiæ magnitudine ſibi q̃diu uixit deuinxerat: Quot ī genuas puellas
quæ ob dotis inopiam forſitan turpiter periſſent ſuis pecũiis uiris legitime & honeſtiſſime collocauit?Quæ
monaſteria non reſtituit?quæ nõ amplificauit?quæ non ornauit:ac locupletauit? Quos religioſos quos dei
ſeruos immunes ſuæ beneficentiæ unq̃ eſſe uoluit?Profecto hæc una ex omnibus fuit:quæ cõmunem bono/
rum omnium nata utilitatem poſſet iudicari.Quantam autem curam pro iis gereret:qui uita defuncti eſſent
eius tam multa nec unq̃ intermiſſa anniuerſalia atq; parentalia dilucido ſunt argumento.Neq; minor eius fu
it iuſticiæ obſeruancia erga homies: q̃ pietatis erga deum:Nam eius fidẽ ſanctius nihil erat.Quicquid enim
promiſiſſet:emori mallet q̃ minus q̃ primum effectum reddere.Quare cum diem obituram ſe animaduerte
ret.aiebat ob eam rem dũtaxat uitam tantiſper cupere.donec æri alieno ſatiſfaceret.Nam ob donãdi magni
ficentiam æs alienum non medicore conflarat.Idq; ut diſſolueretur:accuratiſſimo cauit teſtamento.Omnia

Maria uirgo
Iheſus xps
Fratres obſeruãtiæ.
Beatus Franciſcus
Aeneas
Virgilius
Artemiſia
Pãthea
Cornelia
Liuia
Pudicitia
Caſtitas
Pudor
Vrrecũdia
Cynici
Sales
Humãitas
Clæmẽtia
Fran. Sphortia
G.Iulius cæſar
Bõitas
Magnanimitas
Beneſicentia
Artaxerxes rex
facilitas
auaricia
Philippus dux
Genuẽſes
Genuini
Liberalitas
Pietas
anniuerſalia
Parentalia
Iuſticia
Fides

iuſticiæ munera in medium referam non eſt opus: cum neminem prætereat non modo illam omni iniuria ac maleficio ſemper abſtinuiſſe ſed ita operam atq; induſtriam ſemper adhibuiſſe: ut nullus ſibi locus propulſádæ ab aliis iniuriæ relinqueretur. Quam ob aliam cám putemus cum & eius uir dux Franciſcus non eſſet inulus. & Galeacius hic princeps noſter cum exercitu abeſſet í Gallis in auxilium Lodouici regis miſſus a patre nullos tumultus nullos omnio motus in tanto reꝝ diſcrimine conſecutos: cum terror propter ſuperiora bella imíneret a finitimis oibus preſertimq; a Venetis qui & potétiſſimi forent: & ob non abſurdas quaſdá ſuſpiciones honeſtam uiderent habere cauſam iuſti belli. At hi ut ſunt uiri iuſtiſſimi: nefas eſſe atq; piaculi ſimile iudicarunt armis laceſſere ſanctiſſimam mulierem. Quimpotius eam per benigne hortati ſunt ut bene de ſeſe amiciſſimeq; ſparet: cum nihil prorſus pretermittere decreuiſſent: quod ei eiuſq; rebus omnibus profuturum itelligerent. Quam Venetorum mentem cum finitimi cæteri cognouiſſent: longe facilius ſunt adducti ut quieſcerent: nec in ducem clariſſimam temptare aliquid auderent: quam hi etiam præ uirtutis magnitudine uerebantur: quos hoſtili in eam animo eé ſenſebant: Habeat cum iuſtitiæ coniunctam opibus Blanca maria non ſolum ingenii acrimoniam qua dicto citius res ſingulas diſcernebat: ſed prudentiam quandá ſupra hominis naturá: ut ſuo falli iudicio unquam poſſet. Hanc muniebat corroborabatq; ualidius téperantiæ adminiculis: qua exiſtimatio potiſſimú ſeruatur oís. Ná & cibo erat moderatiſſimo & uino dilutiſſimo utebatur atq; aqua mera nónúq̃: cú diuinis ieiuniis indulgeret: quod eius rei ſæpiſſime faciebat. Quanta uero in ea eſſet dicendi grauitas quantus lepos quanta ſuauitas: hi omnes meminere: qui quottidie loquentem audiebát Et loquebatur illa quidé ornatiſſime: uel potius eloquebatur cum opus foret & rurſus tacebat: cum locus tépuſq; requireret. Audiebat enim quod legitur apud Sophoclé poetá: Mundú mulieri fert ſilentium o mulier Verum quoniam norat in perpolita caſtigataq; oratione uim maximam ieſſe ad omnes animi motus uel cócitandos uel ſedandos: curauit aſſidue ut liberi ſui cum ſapientæ ſtudio eloquatiæ coniungerent maieſtatem. Non enim ignorabat mulier prudentiſſima ꝙ paryſatis regina illa perſarum Cyri iunioris & artaxeris mater filiis conſilium dabat: decere eum principem qui apparare atq; imperioſe quicq̃ dicturus eſſet oratione uti grauiſſima: atq; ornatiſſima. Tradunt Corneliam africani ſuperioris filiá atq; Graechorum matrem permultum filiis ad eloquentiam profuiſſe. quoniam latinitatem perpulchre callere. eſſetq; diſſertiſſima. Nó fortaſſis exiſtimemus paruo adiumento a prima uſq; infantia noſtro huic ſapientiſſimo eloquentiſſimoq; principi matrem hanc Philippi mariæ filiam Franciſciq; uxorem extitiſſe cuius ut uita omnis erat honeſtatis pléa ita quottidianus ſermo mirificam dulcedinem quandam omni melle ſuauiorem grauitatemq; redolebat ſententiarum crebritate atq; acumine redundantem? Quátum momentum habeat copioſa elegáſq; oratio & ad perſuadendum accommodata. M. Tul. Cicero cum in aliis pluribus cauſis tum in illa præcipue demonſtrauit: quá habuit apud. G. Iuliú Cæſaré dictatoré pro. Qu. Ligario. Ita erat Cæſare in. Qu. legarium animo inflámatus: ut eum oino foret condemnaturus. Quare eum uenientem Ciceronem uidiſſet: ut hominem defenderet conuerſus ad amicos clam dixiſſe ferť. Quáq; reus mihi certo damnandus eſt: nil tamen prohibet: ut Ciceronem audiamus. Quantú fuerit dicédi pódus quantus torrés: quanta uis impetus in diuio illo ingéio M. Tul. ciceronis: uel hic intueri licet: ꝙ & Cæſaré & dictatoré & romanorum omnium eloquentiſſimum & ira extuentem in reum: ut qué aio iá códamnarat: abſoluere cogerit uel inuitum: Nó ſolum enim Ciceróe cauſam agente pro dignitate inter attétius audiédú cæſar ſe continere non potuit: qn & uultum ſæpe & colorem mutaret in facie: ſed ubi ad cómemorationé pugnæ pharſalicæ prudés deuenit oro: ſeq; cicero cóuertéſ in accuſatorem Tuberonem turbato uultu uoceq; altiote eaq; ueluti iracunda í hæc uerba erupiſſet. Quid ení Tubero ille tuus diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat cuius latus petebat: quis erat ſenſus armorum tuorum? q̃ tua mens oculi manus ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas. Cum in hæc inquá Cicero non artificioſus minus q̃ uehementius uerba erupiſſet: ita Cæſar aio é cómotus: ut p inde atq; ſui ímemor ac pene amens p totius corporis cóquaſſationé libellis: quos inter manus habebat abiectis cótra pertinacé illá aí ſententiam eum abſolueret. qué nó iniuria oderat. Quid dicá de. M. Antonio illuſtri illo & grauiſſimo oratore Nóne quos Marius ac Cina milites ad ſe obtruncandú miſerát: ita ſermone ſuo flexit ac placauit: ut quos in eius ſáguiné mucrones diſtixerant & iá uibrabát pcuſſuri: eos obſtupefacti oí cruore uacuos í uaginas remitterent: Athenienſes uero ſola piſiſtrati capti facundia regium eius imperium ppeti maluerút q̃ ſolonis coſilium ſeq̃ntes publica frui libertate. Idéque pericli quodámó contigiſſe legimus: qui quoniam ſapi étiam cum eloquentia cóiunxiſſet. Fuerat. n. Anaxagora uſus pceptore: agebat in Athenienſi populo p uoluntate oía. Delectabať Blanca Maria ubi diuinis officiis cæteriſq; rebus neceſſariis functa eét: nam ocioſa erat nunq̃. ſéper aliqd lectitare: quo & ſibi prodeſſet: & melioris redderet ſuos liberos. Quare cú in eam Platonis ſententiam incidiſſet: qua ille dixiſſe tradiť. Tum demum terraꝝ orbé beatum fore: cum aut ſapientes regnarent: aut reges ſape cœpiſſent: lóge maiore ſtudio curauit: ut filii ſui quátum humanum pateretur ingeniú: & ignorarent nihil & quod didiciſſent: appoſite decoreq; loquerenť: ut quos parentum diligentia muniſſet tá opuléto: tam florétí imperio: hi quo recte ſaperent doctrina & eloqnétia ornarenť: huiuſmodi enim ſtudiis eos præditos longe apud omnes fore admirabilioris arbitrabať. Id uero quantam præ ſe ferat utilitatem: exemplum omnibus perſpicuum reddidit noſter hic princeps cum adhuc eſſet adoleſcentulus. Fatebor autem uel præſente ipſo ꝙ uerum eſt: haud q̃q̃ diſimulanter. Noui enim humanitatem & modeſtiam eius; qui non mó mentiri me nolit. ſed ne mendacium quidem dicere. Nam tametſi honeſtiſſimus ſemper factis delectatur ma

Fráciſcꝰ dux
Galeaciꝰ dux
Galli
Lddouicuſ rex
Veneti
Acrimonia
prudétia
tépantia
eloq̃ntia
Taciturnitas
Sophocles
Eloquentia & ſapiétia
Paryſatis regina
Cyrꝰ iunior
Artaxerxes rex
cornelia
Scipio africáus
Gracchi
philippꝰ Maria
Fran. ſphortia
M. Tul. Cicero
G. Iuliuſ Cæſar
Qu. ligarius
M. Tul. Cicero
Cæſar
Pugna pharſalica
Tubero
M. Antonius orator
Marius
Cinna
Athenienſes
Piſiſtratus
Pericles
Anaxagoras

Cyr⁹ rex gis q̃ ullis fecundis laudationũ auris:auream tamen gloriam aſpernári nõri debet preſerti eam quam ſibi cõ
Perſe munem eſſe intelligit cum ciuibus ſuis cum indignis parere principibus permoleſtum ſit ac dedecorſum. Le-
gimus Cyro ſeniori illi qui primus in perſis regnauit:multas gentes nationeſq; paruiſſe terrore eius nominis
utpote qui & ſapientiſſimus quidem fortiſſimuſq; uir quicquid aggrediebatur ex ſententia ſua q̃celerime effi
ceret:ſed multos pluris eius imperium ultro expetiſſe:quod & iuſticia & animi moderatione inter mortales
Gallia omnis haberetur inſignis. Solis inquam animi bonis ſplendidiſſimiſq; uirtutibus rex Cyrus tantum ſibi no-
tráſalpia men:tantam gloriam in uniuerſum terrarum orbem comparauit:ut omnes ad ſeſe conuerteret:& ita beniuo
Lodoui lentia deuinceret:ut ab eo regi gubernadiq; exoptarent. Cui quidem uni non finitimi populi ſolum ſed illi
cus rex quoq; non inuiti paruere:qui diſtaret a Perſide non modo plurimos dies uerumetiá méſes eũ alii ne ipm̃ q-
Fr.ſph. dem uidiſſent unquam:& alii certo futurum exiſtimarent:ut pp immenſum regionum interuallũ nunq̃ ui-
dux derent. Et enim prudentiſſimo optimoq; principe qd optabilius quid beatius quid deniq; diuinius dari q̃at
Sabbau in hominum uita? Talé át eſſe principem húc noſtrũ & in dies magis atq; magis fore haud obſcure licet nõ
dienſes dignoſci minus q̃ ſeparari. Aberat is quod non memineramus in Gallia tranſalpina iuſſu paterno auxilium
Frá.dux ferens regi francorum Lodouico:ab quo agnati eius omnes neceſſariiq; deſecerant; cum repente inter ipſam
Petrus li de hoſtili preda uictoriam p maternum fit nuncium certior Fran.ſphor patrẽ iopinato periſſe obitu. Quare
gnanéſis hortatus ut nullo prorſus intermiſſo tempore inter quam poſſet tutiſſime:pararet in patriam:iis nocte iun
Auguſti, cta cum die ut res poſtulare uidebat̃:idutus mercatoris habitu cũ quinq; fideliſſimis comitibus quaſi merca-
n⁹ abbaſ toribus p alpes ipſas obeqtat q̃uelociſſime. Nam icirco hac eſt uſus calitate militari Galeacius:qm̃ iure ſibi
Vgolius metuendum eſſe cenſebat a Sabbaudienſium inſidiis:Exercitum uero oẽm loco tuto i delphinato relinque-
al emán⁹ rat. Nam cum ſecum agere in tanta qua opus erat:celeritate q poterat? Quo die octauo idus marrias dux
Taurinũ Franciſcus mortuus ẽ. Erat Mediolani petrus lignanenſis:q ſub eius merebat imperio. Is continuo p celerẽ
Chábria nuncium Auguſtino abbati monaſterii cæſe nouæ:qui ut erat homo facinoroſus:rebus ſemper nouis malefi-
cum ciiſq; ſtudebat :rem omnem ſignificat:eiq; hortat̃:ut quod accidiſſent cõi dominę hyolanti Sabbaudiæ du-
Cini ius ci confeſtim exponat:& quod faciundum ſit paret:Nam Mediolani tumultuaria eſſe omnia. At abbas augu
mons ſtinus ingenium ueritus muliebre cum primioribus quibuſdam ſenatoribus ſolum eá rẽ cõicat. quoꝝ & ſi ali
Medio- qui intercipiendum eſſe Galeacium ſuadebant:qui ſe tamen magis grauitate conſilioq; preſtabant:id diſſua-
lanum debant omnino ut rem iniquam ac piculoſam:quinimo liberum drabendum tranſitum conſulebant:& tá
Nouali tum ranq; formidandum principem quá honorificentiſſime excipiendum. Egerat in ſententiam ſuam abbas
cia auguſtinus equitem auratum ac uirum ſane ſtrenuum Vgolinum alemannum chambienſem qui Taurini per
tate.ut cū angelica ſpecie quadā exiſtimentur comparādi.Quot ſi de nobilitate utriuſq; pro dignitate loq uo
luero.dies me deficiat. Nam maternum Alphōſi genus auum refert. Pherdinādum regē manu profecto ſtre/
nuum.& aīo fractū.Quid.n.meminero Alphōſū proauū illum ; q taliſtātuſq; fuit.ut nō abſurde cū oī anti
quitate potuerit de regia maieſtate cōtendere? Nam pater Hercules quātam de ſe laudē polliceatur. probant
eius res clariſſime geſtæ cum ſub alphōſo.& pherdinādo regibus nobiliſſimis.cū multo clarius i recuperādo.
ſeruādoq; patrito auitoq; pricipatu.Quis aūt eſt neſcius.q̄ta i luce uixerit ſplēdidiſſimus dux Borſius.q om
nium primus ducalē dignitatē iuexit in æſtēſem proſapiam? Cuius frater Leonellus marchio doctrinæ ſplē
dore cæteros ſuæ ætatis pricipes antecelluit. At Nicolaus hoꝝ oīum pater nulla uirtute carēs immortalitatis
ſibi memoriā comparauit. Annæ autem Mariæ genus unde originē ducat nemo eſt.quem cēſeam prætetire.
Nā maternum nō ſolum a Sabbaudiēſibus.qui allobroges ſunt.manat pricipibus.ſed a Cypriorum.franco
rumq; regibus. Paternū uero ſi uetuſtaten Sphortianoꝝ i medium efferamus.inuenienus a Daciæ regibꝰ ori
ginem ſumpſiſſe. Verū cæteris breuitatis gratia prætermiſſis illos tantū attingamus.quos omnes & uidimus.
& nouimus Philippū Mariam. Frāciſcum ſphortiam.& Galeaciū Mariam.tris mea quidem ſentētia i om/
ni gloriæ numero ꝑclaros.atq; ſummos duces. Ingenio.& prudētia.atq; cōſilio Galeacius nō difficulter mor
tales oīs mirabiliter anteibat. Eloquētia uero fuit tāta.ut ex eius ligua.quod de Neſtore Homerꝰ cecinit.mel
le dulcior profflueret oratio. Inſuper rebus bellicis quātum claruerit.teſtis eſt Gallia trāſalpina ; qua tēpeſtate
uiuo adhuc patre auxiliū tulit regi francoꝝ Lodouico. Teſtis eſt poſt patris obitum flaminia. quo tempore
Bartholomæus collio.ac cæteræ tam multæ hoſtium uires profligatæ ſunt. Teſtis eſt ſemel.& iterum extrema
illa atq; opulēta ciſalpinæ Galliæ regio.quam uulgo pedemōtanam uocāt. In ea enim ingētis hoſtium copi/
as ſuperauit:uicit:oppreſſit:perdidit. De Franciſco autem Sphortia huius patre quid dignū eius memoria ,re
citemus? Is per oēm inuictus ætatē:& uictor ſemper tale.tantūq; imperiū nullis hominum adminiculis ſed ſo
la ſua.immēſaq; uirtute adeptus eſt:& Italiā uniuerſam quādiu uixit:perinde atq; peculiarem haberet i ma
nu:in pace perpetua:tranquillitate que ſeruauit. Nam de huius ſocero nobilliſſimo illo principe & ſi uerecū
dius uerba facio:quod non parem eius diuinis meritis orationem referre me poſſe intelligo:.tamen non am/
bigam profiteri.& id ueriſſime quidem.neminem unquam mihi neque uiſum:neq; lectum nec auditum.q &
belli & pacis artibus cum uno egregio duce illo Philippo maria fuerit conferendus:uſque adeo ſupra omne
humanum ingenium fuit animo infracto ac ſublimi:& amplo. Quod autem ad poſtremum quarto loco mi
hi dicendum propoſueram:id omne circa utriuſq; patris opes:diuitiaſq; uerſatur:quæ cum aliis multis in re/
bus.ac maximis plurimum ualent:tum in parādo:gerendo:conficiendoq; bello neceſſariæ ſunt omnino. Hæ
uero tales tantæq; exiſtunt in huius ſponſæ:ſponſiq; parentibus:ut cunctos Italiæ exercitus quandocunq; for
tunæ aliqua uis.turbulentiorue caſus ingruerit:aut hominum inſidiæ uoluerint aduerſari:minimo cum labo
re conducere audeant.& quādiu uoluerint ſuſtinere. Quare cum & diuitias.& nobilitatem.& pulchritudi/
nem iuxta ut probitatem utraq; pars de ſe merito profiteri queat.reliquum eſt.ut que utriuſq; principatus ſo/
cietas potentia plurimum pollet.& confinia habet admodum proxima.ea ſolido.atq; inuiolabili futuri con
iugii ſacramento quam ſanctiſſime cōfirmetur.& uinculo roboretur indiſſolubili. Quod igitur felix.fauſtū:
fortunatumq; ſit:uos magnanimi duces Bona mater: Iohanneſq; Galeaci frater Annæ Mariæ infantulæ: &
uos item ornatiſſimi oratores:qui uicem:ac perſonam conſtantiſſimi ducis Herculis pro eius filio Alphōſo
infantulo primogenito repræſentatis:quæ cætera ad tantam rem pertinent poſt auxilium indiuiduæ trini/
tatis: Mariæq; uirginis imploratum per expreſſam uultus hilaritatem:animiq; lætitiam facitote.

Quæ quidem oratio habita eſt ab eodem Franciſco philelpho Mediolani in arce portæ Iouis.vii. Idus
Iunas.M.cccclxxvii.

Franciſci philelphi poetæ laureati.& oratoris egregii Epithalamion in III. Beatricis:& Triſtani ſphor/
tiæ nuptiis habitum.

e T ſi lætandum mihi admodum ſentio. Illuſtriſſime dux Borſi.quod eam ſum nactus dicendi ma

Philip/pus Mar. dux
F.ſphortia dux
Galeacius ma.dux
Neſtor
Home/rus
Gallia tranſal/pia
Lodo/uicꝰ rex
Flami/nia
Bartholomæus collio
Gallia ciſalpia
Pede/mōtana regio
F.ſphortia dux
Italia
Philip/pus Maria dux
Diuitiæ iiii.
Italia
Concluſio pe numerationem
Bona dux
Iohā.galeacius dux
Anna maria
Hercu/les dux
Alphō/ſus
Trinitaſ
Maria uirgo
Prohe/mium
Borſius dux

teriam quæ cum fecunditate ſua.tum etiam dignitate ſit tanta: ut ne tenũi quidem: exiliqſue ingenio uerba
deeſſe unq̃ poſſint. non ad loquendum modo ſed ad copioſiſſime quoque & ornatiſſime eloquendum.
tamen non debeo non commoueri:cum intelligo non tam ipſius rei amplitudinis:atq; ſplendoris q̃ tempo-
ris potius ratiõem habere me oportere. Dicendum eſt enim de nuptiali bono:cuius nobilitas quanta ſit:quã
tiq; facunda:uel ex eo probari auctore poteſt:qui primus matrimonium inſtituit. Et quem nam hũc fuiſſe di
xerimus? Num Cecropa illum uetuſtiſſimum legũlatorem:qui genere ægyptius eadem apud græcos tempe-
ſtate clarui:qua ſapientiſſimus Moyſes apud hebreos An Vulcanum:qui Mercurio apud ægyptios ſucceſſit
in regnum. Nam uterque horum q̃ longiſſime fuit antiquior Romulo:quem tamen nõ mediocrem laudem
aſſecutum perhibent:quoniam urbe condita nihil ſibi potius duxit ad ſalutem:decuſque imperii:q̃ fide cari-
tateque coniugali ciuium animos diuincere. Tradunt enim & Vulcanum legem tuliſſe de pudicitia muliebri
& Cecropa ipſum poſteaq̃ homines:qui in ſiluis ac mõtibus paſſim ritu ferarum nullis domiciliis:nullis cer
tis nuptiis nullo denique uitæ cultu diſperſi uagarentur:unam in ciuitatem q̃ prudẽtiſſime coegiſſet:eaque ur
be muniſſet:quam a ſuo nomine Cecropida primum dici uoluit: Athenas deinde nominatam:ſalutiferas de
diſſe leges:quibus promiſcua illa concubitus:inconſiderataq; libidine ſublata certos redderet partus:& oẽm
uiuendi feritatem e medio tolleret. Quibus ſane pulcherrimis:atq; optimis non tam inuentis:quam inuento
rum imitationibus eam legimus utriq; gloriam contigiſſe:ut & Cecropis in græcis:& Vulcanus in ægyptiis
regnauerit:honoribuſq; diuinis ornatus fuerit. Quid enim egentilitate:quid ex humano genere quenquã me
minerimus:cui huiuſmodi inuẽtio danda ſit:cum rem tum multo antiquiorem:tum adeo nobiliorem eſſe ui-
deamus:ut ſi ad ullum humanum ingenium referatur:q̃ ſtultiſſimum ſit. Nullus certe uir uſquam tantum cõ
iugii fructum:tantam ſanctitate:tantam ſuauitatem:tantã bonitatem primus inuenit. Fuit enim ſolus:fuit in
quam deus ipſe oĩpotens ſolus:qui in primis parentibus prior oſtendit nihil eſſe humano generi conuenien-
tius:nihil conducibilius:nihil oĩno melius dilectione:& neceſſitudine nuptiali. Quantũ autem hoc unũ ma
trimonii ſacratiſſimum inſtitutũ cæteris oĩbus inſtitutis mirifice ante cellat:ea ratione licet intelligi:quod re-
liqua ſacramenta humanæ ſunt uel inuentionis:uel pietatis:at coniugii immortalis deus eſt auctor: & id qui
dem quod modo dicebam in primis parentibus.illiſq; innocentibus:& nulla adhuc titullatione ſenſuum irri
tatis. At quo in loco? Nam quid in cubiculo? Nũ in tenebris? In ſereno certe illo:atq; floreo:& pamœno de
litiarum horto:quem græci paradiſon uocant:hedẽ ab hæbreis nominatum: Et hunc quidem locũ
rex omnium uiſibilium:atque inuiſibilium deus conditor:iccirco in terra quaſi quandam regiã nullius pror
ſus neque pulchritudinis:neque bonitatis inopem conſtituit.ut quem ad ſuam imaginem : ac ſimilitudinem :
proinde:atque regem terreſtrem creauiſſet.uitam in ſanctiſſimo agens:pientiſſimoq; coniugio felix in ea:bea
tuſq; ſederet:uniuerſæq; terræ imperitaret. Non igitur eſt mirandum:ſi deinceps Chriſtus optimus maximus
qui & uerus eſt deus:& ueri dei filius:tum in coniugio naſci uoluit:tum uxorem niſi adulterii cauſa dimitten
dam prohibuit:tum etiam nuptiis inuitatus interfuit:eaſq; probauit. Quo fit:ut quãrectiſſime utrique ueſtrũ
proſpectum exiſtimem:& tibi Beatrix illuſtris:ac præclara totius muliebris uirtutis.atq; dignitati ſpecies. &
tibi item Triſtane paterni illius Sphortiani.inſuperabiliſq; ſplendoris fulgentiſſimum lumen? Satis es p̃ſens
ſatis es coram o Triſtane.qui per legitimum procuratorem auũculum tuum ornatiſſimum equitem auratum
Lancelotum mainum.omnia tuo nomine tranſigi uolueris.quam rectiſſime inquam uobis proſpectum.con
ſultumque exiſtimo.qui ut eſtis incomparabile continentiæ.& pudicitiæ ornamentum.ſacratiſſima uos cõiu
galis neceſſitudinis.caritatiſq; lege mutuo deuinciri inſtitueritis.ut quæ humanæ ſocietatis coppula prima eſt
natura.iam ueſtrum alterum uirum.alteram uxorem & dici.& haberi oporteat. Non enim parua ſunt:aut ne
gligenda nuptiarum bona.ſi ea nobiſcum docte cogitemus.quippe quæ tripartita uiri ſapientiſſimi prodide
runt fidem.prolem.ſacramentum. Atq; ſacramento quidem ipſo.quo æterni uerbi repreſentatur.eccleſieq; cõ
iunctio.hoc uel maxime præſtatur.ne diuortium fiat.ne quoniam coniugale decus in regendi matrimonii:ſu
ſcipiendorumq; liberorum officio poſitum eſt.alter ab altero ſeparetur.ne dimiſſa.dimiſſuſue alteri coniũga
tur.ne prolis quidem ullius gratia. At proles cum pie ſuſcipienda eſt.tum benigne alenda.& quam religioſiſ-
ſime educanda. Fidei autem munus eſt.ne quam in libidinis intemperanriam præter coniugalis uiculi ſancti
tatem delebamur. Idq; æque uiro atq; uxori cauendum cenſeo.quo neuter adulteri crimini fiat obnoxius.ſed
mutua ſe dilectione proſequantur. Itaque memineritis iam utrunque ueſtrum quantum ad corporis poteſta-
tem attinet.alterum alteri ſeruire & uxorem uiro.& uirum item uxori. Num ut Aurelii Auguſtini grauis eſt :
ueraq; ſententia:ne continere quidem coniugi licet:ubi coniunx noluerit. Hæc autem una ſeruitus uſq; adeo
eſt libera:ut alia libertas nulla in ciuili uita neque liberior ſit:neq; utilior:nec ſanctior: Itaq; non abſurde Ly
curgus lacedæmonius ſapiẽtiſſimus legumlator eos omnis:qui nubere uoluiſſent:a ſpectaculo gymnicorum
ludorum arcendos iuſſit:& quem honorem:atq; obſeruanciam iuniores Præſtabant ſenioribus aſſurgendo:
cedendoq; eoſdem carere uoluit. Quo factum eſt ut illud poſtea dictum in. Dercyllidan.improbaretur a ne-
mine: Dercyllidus qui ſpectatus eſſet & clariſſimus imperator:cum aliquando ueniſſet in conſeſſum adole-
ſcens quiſpiam ei ſubſellium haud ceſſit:quin quaſi exprobando ĩquit:nam nec tu mihi:qui ceſſurus eſſes: ge
nuiſti: Et ut reliqua bene conuenientis:feliciſque coniugii commoda breuitatis gratia preteream.quid de ei[9]
iucunditate.quid de laudatiſſimo . inſuperabiliq; amore dicendum ſit. Nam nec ſecundis.nec aduerſis in
rebus qui ſe tanto . ac tam pio coniugii bono dignos præſtitere . inferiores uſquam iudicati ſunt . quo

Narratio
Vulcanus cecropiſ Athenæ
cecrops; Græci
Deus oĩpotens
Græci Paradiſon
Chriſt[9] optim[9] maxius
Beatrix Triſtãuſ lancelotus mainus
Fides Proles Sacramẽtum
Aureli[9] Auguſtinus
Lycurgus
Gymnici ludi
Dercyllidas
Penelope
Euadne
Tiberi[9]

Gracchi
artemi/ſia regi/na
Cares
Mauſo/lus
Plaucii
M.bru.tus
Mithri/dates
Pompe/ius
Deus
Liberi
Nepo/tes
Beatrix æſtenſis
Nicola/us æſten/ſis
Leonel/lus
Borſius dux
Triſta/nus
Iaſon
Orphe9
Iuno
F.ſphor/tia
Italia
Italia
Borſius dux
F.ſphor/tia dux

minus omnis uel fortunæ:uel naturæ difficultates ſuperarint.Quid enim aut Penelopes:quam fabulátur:cō
ſtantiam:aut Euadnes tum paciētiam.tū animi magnitudinem in mediū referam? Nōne Tiberius ille Grac/
corum pater uxoris uitam ſuæ uitæ prætulit? Nā Artemiſia regina carū non modo ſe uiri mauſoli cineribus
ſepulchrum præbuit:ſed ne diutius eſſet in uiuis tabeſcendo inuenit.Omitto utrunq; Plaucium.Omitto.M.
Bruti.Omitto Mithridatis? Pompeiiq; uxores:quæ tamen ipſæ perſpicue declararunt nullum eſſe inter hūa
nas ſocietates uinculum:quo magis quā coniugio modeſto:atq; morigero nos uinctos eſſe in oēm fortunam
gaudeamus.Poſſē innūerabilia pœne exēpla meminiſſe qbus coniugalis felicitatis ius.atq; decus magis ma
giſq; pateret.Sed quoniā breuitate utendū eſt cæteris omiſſis uos illud unū fortunatiſſimi cōiuges etiam atq;
etiā moneo:atq; hortor:ut nihil uobis maiore ſtudio magnifice ex aīo curādū exiſtimetis:q̃ ut deū ſemper an
te oculos corāq; habeatis:quo proinde atq; præſente.uidenteq; & cogitetis:& agatis oīa : ad eumq; mentem
oēm:animumq; ueſtrū ſancte:pieq; referatis.Quod ſi feceritis:ſicuti certe facietis:agetis oīa ſobriæ: oīa conti
nenter:oīa pudice:omnia ritu:moreq; diuino.Itaq; deus cunctis in rebus propitius uobis aderit: uos cōple
xabitur:uos tuebitur.Prope diem uobis:cuius rei gratia matrimoniū eſt conſtitutum:optari liberi iucundiq;
dabuntur:conſequentur nepotes:poſteritas propagabitur:oīa deniq; uobis fauſta:felicia:fortunata erunt.Et
quod proxime accedit ad deum facile obſecro:ut parentū:generiſq; ueſtri laudatiſſimos mores.præſtantiſſi/
maſq; uirtutes quo ad eius rei fieri a uobis poterit:dies:nocteſq; imitemini.Tu enim Beatrix ſplendidiſſimū
pudicitiæ.caſtitatiſq; documentū.ut reliquos illuſtris maiores tuos tempori abſequens conticeſcā.nata es eo
patre Nicolao æſtenſi florentiſſimo principe:qui grauitate:& animi magnitudine cū omni antiquitate po
tuerit de gloria contendere habuiſti Leonellū fratrem:cuius ſapientia:uirtuſq; tanta fuit:ut nulla ſit ætas lau
des eius obſcuratura.Eſt.n.tibi non frater ſolū ſed humaniſſimi.& beneficentiſſimi patris loco.quē hic pſen
tem.& mirabili cū animi uoluptate coniectis in te oculis aſtantē intueris.Illuſtriſſimus dux Borſius.q & bel
li & pacis laudibus quanti ſit faciundus cū aliis per multis argumentis oſtendi poteſt.tum uel ea ratione ma/
xime.quod primus ſuoꝝ oīum in præclarā & præpotentē æſtenſem familiā cū immortali ſui nominis gloria
ducatū inuexerit:quā quidem dignitatē hoc tēpore ſcimus ad regiam eſſe proximā.Quare tui eſt officii.atq;
probitatis Beatrix nobilliſſima.ut tuis te maioribus.atq; domeſticis quantū fert inganiū tuū caſtiſſimiq; mo
res.rebus in oībus dignam præſtes.& ita præſtes ut & luce functi in tua prudentia.integritateq; reuiuiſcāt.&
dux Borſius:qui te non ſecus ac filiā mira caritate proſequitur.de tuis laudibus audire in dies magis magiſq;
delectetur.Id autē una re facile conſequeris.ſi tecū aſſidue memineris.& quo genere nata es.& cui iradita con
ingio.Triſtanus enim uir tuus inter uniuerſos noſtræ ætatis iuuenes.ſiue ingenii ſplendorē.ſiue robur.magni
tudinemq; animi.ſiue corporis dignitatē.ac uires conſideremus.talis eſt.ac tantus.ut ea de ſe.quæ at oīa non
iniuria polliceri.quæ de Iaſone in argonauticis fingit Orpheus.cū illū cæteris heroibus præferens ita cecinit
Clarior in cūctis diuus fulgebat Iaſon.Iuno & enim lætos oculis affiarat honores.ac pulchrum dederat.ma
gnumq;.& pectore fortem.Nam quid de ipſius patre Franciſco ſphortia fortiſſimi illius ac ſummi impera
toris Sphortiæ filio quem omnis mirata eſt.ſenſitq; Italia.in preſentia mihi in tam breui temporis curriculo
dicendum ſit? Cum eius res clariſſime geſtæ tot.tantæq; ſunt.ut ſi eas non dicam exponere. ſed enumerare ue
lim.Ante diem clauſo componet ueſper olympo.Satis illud.ſuperq; ſit.quod unum ex omni hominum me/
moria eſſe nouimus qui parua etiam manu uniuerſos Italiæ.ac maximos.robuſtiſſimoſque exercitus:quibus
eum congreſſus non eſt? & ne id quidem laceſſens unq̃:ſed laceſſitus:ſemper:coactuſq; iniuria eos ſemper cū
gloria fuderit:fugarit.uicerit.oppreſſerit.Quæ certe nunq̃ aduerſus omnis fortunæ turbines : atq; ptocellas
potuiſſet efficere.niſi ob maximas:innumerabiliſq; uirtutes:quibus mortales cæteros mirabiliter ante it.om
nipotenti deo gratus:cariſſimuſq; eſſet.Et enim fruſtra ſunt hominum conatus.qui ſe a iuſticia abduxerunt.
Illos ſolos tuetur deus.ac rebus ſecundis auget:atq; ornat:quos uiros iuſtos.bonoſq; cognorit.Quare mira
ri neminem oportet:ſi aduerſus florentiſſimas:opulentiſſimaſq; reſp.aduerſus maximos.potentiſſimoſq; re
ges:aduerſus oēm irruentis:& infeſtæ fortunæ:quam uocant impetum.illud imperium eſt adeptus nullis hu
manis opibus ſed deo dūtaxat in tantaꝝ.& tam illuſtriū uirtutū præmiū auctore.duce.atq; uexilli fero.quo
nullū eſt in Italia nec opulentius.nec pulchrius.nec magnificētius.Et quod magis ſtupendū eſſe iudico .cum
uniuerſa Italia mutuis belloꝝ incendiis modo conflagraret.reliquis omnibus principibus.Ciuitatibus. regi
bus de pace omnino deſperantibus.Solus Franciſcus ſphortia eſt inuentus.qui ſingulari ſua ingenii acrimo/
nia.diuinaq; ſapientia ardentiſſimas bellicorum flāmas præter oēm omnium opinionē ſubito repreſſerit.ex
tinxerit. deleuerit tantāq; repente pacē intulerit.quanta ex omni omniū ſæculo in Italia nūquam fuit. Cūq;
diſperati quidā.poſtratique Antæi romanæ eccleſiæ oppida.urbeſq; diſturbare:atq; diſſipare moliantur. ſo
lum hūc unum eſſe proſpicimus.qui quaſi uitalis.ſalutariſq; omnibus bonis aura eccleſiam ipſam iam metu
examinatā.atq; ſui inopē conſeruet.alat.augeat.ſuſtineat.ſenſuq; afficiat.indignum ſane & impiū eſſe ducēs
ſi qui rebus in cunctis deo utitur ſalutifero adiutore.non eius ſacroſancto ſe domicilio & adiutorem. & libe
ratorem præbeat.Cum tales igitur parentū ueſtrorum ſplendidiſſimiq; generis ideas per omnes uirtutis nūe
ros nobis propoſitas eſſe intelligatis felieiſſimi coniuges.curate quæſo:efficiteq;.ut corporis oculis.& mētis
luminibus ita eas intuamini.inſpiciatiſq;.ut ueſtris omnibus honori:uobis uero ipſis emolumento:& q̃ iucū
diſſimæ uoluptati eſſe poſſitius.Quod autem ad rem attinet:iure gratulandum eſſe uideo.& tibi præſtantiſ
ſime dux Borſi.& optimo illi meo.maximoq; principi glorioſiſſimo Mediolanenſiū duci Franciſco ſphor

tiæ:qui per conuenientiſſimi huius:pulcherrimiq; coniugii uinculum non modo priſtinam neceſſitudinem
ueſtram:ſingulari beniuolētia confirmaſtis:ſed bonis omnibus.totiq; Italiæ ſpem certiſſimam attuliſtis per/
petui ocii:exoptatæq; quietis.Quis enim dubitet bene uobis inter uos conſentiētibus pacem italicam firmā:
inconcuſſamq; duraturam.Sed ne ſim dicendi prolyxior ad ea ueniens.quorum gratia tanta omnes frequen
tia conuenerunt:quæ reliqua ſunt:materno uſitatoq; ſermone tranſigam.

F.ſphor tia dux

Ferrariæ.viii.Idus apriles.M.cccc.lv.

Franciſcus Philelphus ſal.d.Lodouico caſellæ.

b Aldaſar cremēſis.q medicinæ ſtudet apud uos renunciauit mihi hoc die ſeſe interfuiſſe nuper ſer/
moni.cuipiam Guarini ueronenſis.q affirmaret iccirco in proximo Epithalamio:quod in incly
tæ:atq; pudiciſſimæ beatricis:& Magnifici Triſtani ſphortiæ nuptiis habuiſſē ferrariæ:nullis me
donatū muneribus a pſtantiſſimo duce Borſio:quoniā dicere ptermiſiſſem de æſtenſiū pricipum
origine:idq; oium maxime dicendū fuiſſe Guarinū noſtrum cōtendere.Hæc ipſe audiens Louice partim co
gor tibi quodāmodo:ut ita loquar:ſuccenſere:partim Guarini memoriæ ridere:atq; cōmiſereſceere:qui obli/
tus uideatur Philemphū in ſcribendo oino neq; præterire:nec negligere ſolitū.Quid.n.Guarinus nouit: qd
Philelphus ignoret? Nā ſi qd plus ualeat Philelphus an id minus:doctiores iudicēt. Oium primū breuitati:
ut ſcis:fuit inſeruiendū:id quod in meæ orationis initio paucis quæſtus ſum:deinde non altius repetendum
de principibus æſtenſibus fuerat:q̄ de Sphortiis facerē.at plures ſunt a me laudati æſtenſes:q̄ ſphortiæ:cū ta/
men eſſem a Frāciſco ſphortia tali:ac tāto principe ad id negocii obeundū & delectus:& miſſus.Quid quod
multo fuiſſem & copioſior & ornatior ſi me per tuas litteras docuiſſes:ꝙ de tuis immo noſtris æſtenſib⁹abs
te antea tribus deinceps epiſtolis contenderā? Nunquid es oblitus me tertiū ſcripſiſſe tibi eā eſſe pricipis mei
in ſentētiā:ut iſtuc irē habendi epithalamii gratia? teq; etiā atq; etiā rogaſſe:ut quoniā mihi nulla eſſet eorum
cognitio:quæ ad æſtenſis familiæ laudes maxime ptinerent:ad me oia q̄ diligentiſſime perſcriberes:quæ lau/
danda:ac principi tuo grata cenſeres? Nonne eadē quoq; abs te per litteras:tum per antoniū Triceienſem du/
calē aulicum cōtinuo petii quo die in ſub urbanos illos ferrariæ hortos diuertimus.at hæc quis eſt uel medio
criter doctus:quem latere debeat extraria iſta oia.quæ tanti Guarinus facit:ab aliis uiris ſapientiſſimus in mi
nimis duci bonis:ab aliis uero ne in bonis quidē duci? quo fit:ut ois uera laus ſit.At uirtutis a me æſtēſes ſunt:
pro tempore egregie laudari.Nulla igitur aduerſus me quiſquā utatur in ſimulatione:nulla calūnia.quare mi
nus me munifice munificentiſſimus dux Borſius tractarit:cū ab ipſo equidem.q̄ta mea fert opinio.perhuma
niter tractatus fuerim:& ut græci dicunt quippe qui metum publice miris laudibus extule
rit.tum hilariter priuatim monuerit ſi quid eſſet:quod de ſe mihi uſui foret id omne in mea eſſe poteſtate po
ſitum.aut igitur nihil a me erratū eſt:aut ſi quid eſt erratū.id omne tibi amiciſſime Lodouice dandum exiſti/
mo.Itaq; uel meam tu apud inſimulatores iſtos uel tuam apud me cauſam tuere. Vale & me illuſtriſſimo iſti
principi unice commenda. Ex Mediolano.vi.Idus Auguſtas.M.cccc.lv.

Balda/ ſar
Beatrix
Triſta/ nus
Borſius dux
Lodoui c⁹ caſela
Guari/ nus
Philel/ phus
Aeſten/ ſes
ſphortie
F.ſphor tia
Laus
Borſius dux megalo prepos
Lodo/ uicus

Franciſci Philelphi oratio nuptialis habita in ſponſalitiis Theodori plati iureconſulti: & Eliſabet Vice/
comius

s Iue ipſum naturæ ductū:ſiue rationis:atq; honeſtatis uim cōſideremus:nihil eſſe in actiua:ciuiliq;
uita aut antiquus:aut dignius reperiamus bene couenientis coniugii caritate.& ſanctimonia . Nā
ſi ex oibus gregalibus animalibus homo eſt maxime ad ſocietatē natus.quis nō id uel inſtitutum:
uel ſacramentū maiorem imodū probet:laudet:admiretur:ꝙ hanc naturæ cōmunitatem & tueť:
& propagat? Hoc aūt matrimonio præſtari qui neſcit:ſeipſum uidetur ignorare. Recte igitur.ac uero ſcrip/
tum legimus ab Ariſtotele acutiſſimo illo:erudutiſſimoq; philoſopho hominē ſolitariū aut bæſtiā duci opor
tere.aut deum.utpote bæſtia paucis egente rebus.deo autem nulla.Secus uero de homine uſu uenit . qui cum
multarꝫ.uariarūq; rerꝫ ad uitā indigeat.eas ſolus parare ſibi nullo pacto poſſit.Itaq; prima uitæ.domuſq; ſo
cietas in cōiugio eſt ſita.Eſt hoc.n.tanq̄ ſæminario reipublicæ manāt liberi.nepotes.poſteriq; omnes: qui cū
unis ædibus capi nequeant.in uicos primum.dein in ciuitatem propagantur & regnum.Quare non prudē
ter ſolum uerūetiam ſancte.ac pie ille mihi humano generi uidetur conſuluiſſe.qui primus ad hanc naturæ cō
munitatem matrimonium inſtituit.ab quo ipſo qui abhorret.non debet non fateri.cum deus non ſit.ſe ſimil
limum eſt belluæ.Et quinam is fuit? Num Romulus? num Cecrops? Nam Vulcanus? Stultus profecto exi
ſtimandus uidetur mihi.qui huiuſmodi inuentum humano ingenio tribuat.Altius certe repetendum eſt no/
biliſſimi huius.ac ſanctiſſimi inſtituti principum. Fuit inq; fuit omnipotens ille.ac ſummus rex oium & au
ctor.& creator deus.qui continuo in primis noſtris illis parentibus coniugium conſtituit iubens.Creſcite &
multiplicamini.terramq; replete.Itaq; poſſumus liquido intelligere.quanta inſit in matrimonii ſanctitate ñ
laus ſolum .ſed etiam ueneratio.cum id a mente diuina & profectū ſit.& cōſtitutum.& iuſſum.Et eſt ſane cō
iugium hoc eſt uiri atq; mulieris ſecundum legem ad procerandos liberos coniunctio ea prima ſocietas quæ
cum ſocietatum omnium inter homines & origo eſt:& fundamentum:tum & ſuauiſſima ducitur: & utiliſſi
ma:honorificaq; in primis.Hæc enim tria maxime expetuntur in uita honos.utilitas:uoluptas uel ea potiſſi
mum ratione:ꝙ honos debetur uirtuti.utilitas neceſſariis rebus.cultuiq; domeſtico. uoluptas autem ea . qua
uel corporis.uel animi labore.atq; negocio aliquando conquieſcimus.Quæ quidē omnia in eſſe in bene mo
rato coniugio non difficulter inueniamus:ſi uelimus nobiſcum ipſi animo uolutare: a quot: quantiſq; fia/

Ariſto/ teles
Romu lus
Cecro
Vulca/ nus

gitiis per matrimõii ſanctimoniam & tuti reddimur:& ſalutares:ob eamq; rem maxime honorifici. Tempe/
rantes enim:atq; pudici coniuges nihil agunt:nihil cogitant:nihil loquuntur:niſi quod honeſtũ:decorũq; ſit
atq; ſecundum deum:quippe qui ſemper ante oculos habeant ad illius ſe imaginem:ac ſimilitudinem creatos
nihil agere oportere:quod minus creatori ſuo gratificentur ſed omnia ſobrie:omnia caſtæ: omnia innocẽter
omnia ſecundum legem diuinitus conſtitutam. De utilitate uero:quid eſt opus prolixiore utamur oratione:
cum nemo ſit natura uſq; adeo profuſus.aut incõſyderatus:qui dum ſe uidet obſtrictum coniugali bono:nõ
continuam habeat rationem amplificandæ rei familiaris:qua ſeſe:atq; uxorem:ſuoſq; omnis non alat ſolum
ſed cum dignitate tueatur. Eademq; mente uxor omnia ad cõſeruationem rei domeſticæ:omnia refert ad par
cimoniam. Quibus utriuſq; ſtudiis quanta conſtetur utilitas:nemo eſt quẽ lateat. Quem præterea fugit eoꝝ
qui ſine coniugio ſunt:rem omnẽ familiarẽ habere deterius in dies:utpote cui parcat nemo:ſed obliguriãt eã
omnes:atq; diripiant? At uoluptatem non ea metior ratione:qua pecudes uidemus:ut ſit ſuauis quædam ſen
ſuum titillatio:leuiſq; pruritus. Sed ea mihi uoluptas uidetur optanda:qua quod modo dicebam & nihil cor
poris labores remituntur & animi perturbationibus quandoq; pſſi ueluti relaxãtur. Huiuſmodi uero uolup
tatem bene compoſitum matrimoniũ in ſeſe continere nemo ſane mentis ignorat. Nam & uir in uxoris pro
bitate:pudicitia:parcimonia:diligentia:atq; charitate mirifice conquieſcit:& uxor in uiri prudentia:ſtrenui/
tate:induſtria:ac mutua erga ſe uolũtate omnes animi moleſtias:curas:ſollicitudines & reponit:& ſedat. Ad
hæc uero quanta eſt ea animi uoluptas:quæ continuo ex procreatis liberis percipitur: cum in iis ſeſe parentes
intueantur non ſolum eſſe:ſed perpetuo fore? Poſſem alias plæraſq; rationes in medium afferre:quibus oſtẽ
derem in hac actiua:atq; ciuili uita nihil eſſe coniugio nec præclarius:nec melius ſed unum illud potiſſimum:
quod cætera ſacramenta hominum prudentiũ excogitatione atq; auctoritate:& inuenta ſunt:& conſtituta.

Matrimonium Chriſtus opt. maxi:

Matrimonium uero cum deus ipſe in prima noſtra origine ſuo ore conſtituit:ac iuſſit:& id quidem in horto
delitiaꝝ:& in ſumma uitæ continentia:atq; puritate:tum etiam chriſtus optimus maximus dilucide cõfirma
uit qui in matrimonio naſci uoluerit:& diuortium temere fieri prohibuerit:& ad nuptias inuitatus eas ſua p̄/
ſentia honorauerit:ac iuuerit. Per beate igit᷑ illis ego pſpectũ reor uiri magnifici matreſq; nobiliſſimæ:q hac
felicitate coniugii muniri ſeſe inſigniriq; inſtituerint. Quoꝝ honorifico ſplendidiſſimoq; cœtui uos hoc die

Theodorus platus Eliſabet uicecomes

aſcriptum iri iureconſultoꝝ clariſſime:atq; itegerrime. Theodore plate & nobiliſſima pudiciſſimaq; uirgo
Eliſabet uicecomes iure ac merito pro mea erga uos innocentiſſima uoluntate & lætor:& gaudeo. Intelligo
enim in hoc mutuæ caritatis uinculo fore:ut tranquillã ac fauſtam & fortunatam uitam ueſtrũ utriq; partam
aiaduertant omnes:& fateantur. Hoc aũt loco haud abſurdum fuerit mea ſententia:ut quid uobis tenendum
ſeruandũq; ſit:paucis cõmenter. Enim uero prima cõiugii cã eſt ſpes quedam imortalitatis:quæ ex liberis no
bis paritur. Nã qui corpore mortales ſumus:per illos reddimur imortales? Propagatur.n.caro noſtra in iis:
quos genuerimus. Accedit etiam illud:quod coniugati haud difficulter uitãt illicitos omnis prohibitoſq; cõ
greſſus.ob quam quidem rem monet apoſtolus:ut quiſq; habeat ſuã. Eſt præterea uxor uiro p multis in rebus
adiumento non mediocri. Solere etiã per uxoriã caritatẽ & acerbiſſimas inimicitias tolli ardentiſſimaq; bel/
la reſtingui raptæ ſabinæ nobis exemplo ſunt. Poſſem alia meminiſſe p multa:quibus coniugii bonitas eluce
ſceret. Sed quoniã res patet ipſa per ſeſe:ea breuitatis gratia miſſa facio:modo unũ illud ueſtrũ prætereat ne

Bõa triplicia Fides ples ſacramẽtum

trum triplicia eſſe bona coniugii ſecundum aurelium Auguſtinũ fidem prolem ſacramentũ. Fidei autẽ illud
eſt munus:ne præter uinculum coniugale cũ altero aut altera concubatur:id quod non minus uiro ſeruandũ
eſt q̃ uxori. In prole uero attenditur:ut cũ caritate ſuſcipiatur:religioſeq; educetur & urbane. At in ſacramẽ/
to cauendum eſt omni ſtudio:ne coniugium ſeparetur:ne per diuortiũ alteri coniugatur.ne prolis quidẽ ipſi
us cauſa. Eſtq; præceptum illud perpetua recordatione uſurpandum. Quos deus coniunxit:homo nõ ſepa/
ret. Quare illud eſt maxime officio.ut omni ope atq; opera ſtudeatur.ut nõ corporum modo. ſed nec etiam

Eliſabet Probitas

animorum ulla ſit diuortii ſuſpicio.debent.n.coniugati aſſidue mutua ſe caritate complecti meminiſſeq; iccir
co matrimoniũ appellari.ut quæ uiro cõiugitur mater fiat. Hæc.n.eſt tanq̃ regula nuptiaꝝ.quo generatio/
nem regeneratio excipiat.& ita deinceps regenerando perpetuo propagetur per mutuũ caritatis & obedien
tiæ uinculum.cum neuter habeat ſui corporis poteſtatem.ſed alter alteri ſint adeo obſtricti. ut ſe cõtinre ne/
queant altero cõnubii debitũ poſtulante. Cæteꝝ qd pluribus eſt opus. Solũ coniugii ſacramentũ diuino ore

Nobilitas Dos Vicecomites Mediolanum

conſtitutũ eſt:cũ cætera ſacramenta humanæ ſint inuentioni aſcribẽda:Quod deus igit᷑ uoluit.cõſtituit.iuſ/
ſit.id ſi quis negarit ulla carere bonitate.hunc ego auſim appellare & ſceleratũ & impiũ. Nunc ãt ſeparatim
ad utrũq; ueſtrum quædã pauca ſim dicturus.atq; te primo alloquar Eliſabet. Habes tu ſane ea oia. quæ i ſpõ
ſa aſpectari conſuerũt.probitatẽ uenuſtatẽ nobilitatem dotẽ. Tua probitas eſt tota.quippe quæ in animo eſt
poſita:hanc tibi eripere nemo põt. Quare cũ tibi ſit peculiaris noctes tibi ac dies curandũ eſt.ut ei ſemp aliqd
addas:eam amplifices:exornes:illuſtres. Vẽuſtas corporis eſt:q̃ eo magis habent᷑ in p̄tio:quo magis fuerit cũ
uirtute cõiuncta. Nobilitas & diuitiæ fortunæ cenſent᷑ bona. Dos tibi & pulchra eſt & pro ciuitatis conſue
tudine ſatis ampla. Nã de tui generis ſplendore quid attinet multa memorare. Non.n.familia uicecomitum

Italia Gallia ciſalpina

aut obſcura e᷑ aut noua:ſed & priſca admodum & illuſtris & p̄potẽs. Nã ut reliquos miſſos faciã uiros i om
ni dignitatis gradu clariſſimos:qui ex hac proſapia emanarunt.id ſatis mihi ſupq; uidet᷑ q uni uicecomites i
clyti & excellentiſſimi principes annos iã prope centũ ac ſeptuaginta nõ Mediolanũ dũtaxat qua una urbe
nihil habet orbis terræ populoſius nec uniuerſa Italia magnificentius:ſed alias item per multas & Galliæ ci

ſalpinæ & liguriæ potentiſſimas urbis feliciſſimo imperio & tenuerunt quãdiutiſſime: & hac etiã tempeſtate
tenẽt quãpacatiſſime. Sed ne in maioribus tuis enumerãdis ampliſſimis certe oĩbus optimiſq; uiris uidear di
cendo prolyxior: ſatis pro tempore fuerit meminiſſe Gaſparini uicecomitis parentis tui uiri profecto & gene
roſi & ſingulari bonitate pditi: qui illuſtriſſimo illi principi Philippo Mariæ ob incomparabilis ſuas multi
plicisq; uirtutes & cariſſimus fuit & pιucũdus adeo: ut nihil unq̃ ab eo fruſtra poſtularet. Quid. n. loquar de
tua nobiliſſima illa Iohãna matre: quæ pſtantiſſimis Ruſconibus nata qui tũ alia nõ nulla oppida tũ etiã ur/
bem Comum quondã tenuere dominatu: in omni pudicitiæ, ac prudentiæ gloria nulla ſe geſſit clariſſima fœ
mina inferiorẽ. Habes pterea qui hic ad ſunt tũ ornatiſſimũ equitem auratũ Iohannem aloyſiũ tum Franchi
num non fraterno ſolum ſanguine ſed etiã mirabili caritate coniunctos: qui ut ſunt corporꝝ magnitudine ac
forma inter omnis mediolanẽſes ſpectatiſſimi ita pluribus uirtutibus ac maximis apprime celebrãdi ob eaſq;
rex excellentiſſimo noſtro principi gratiſſimi. Sunt ad hæc tibi in uiuis ſorores tres nõ uulgari celebres bone
ſtate Agnes uiro grauiſſimo eidem ſapiẽtiſſimo & optimo Antonio marlião coniuncta matrimonio & Le
zadra comitis Franciſci turriãi uxor: qui quidẽ ambo integerrimi ſunt prudentiſſimiq; ducales ædiles: quos
uulgo magnos uocant ducalium intratarꝝ. Eſt item ſoror tertia Margarita nupta ducali aulico aloxſio du/
gnão. Quibus ſane ſororibus tuis Eliſabet pudiciſſimis pbatiſſimiſq; debes nulla uirture cedere. In primiſq;
meminiſſe hunc te uirꝝ eſſe habituram id quod fauſtũ felix fortũatũq; ſit. Theodorꝝ Platum: qui & genere na
tus eſt ſplendidiſſimo & parentibus optimis & ipſe quoq; probitate eruditione eloquẽtia poſterior nemine
ſiue cũ iureconſultis conferat: ſiue cũ philoſophis ſiue cũ oratoribus maximiſq; uiris ĩ omni genere laudis &
gloriæ. Vellem mihi liceret Eliſabet ea oĩa de tuis laudibus dicere quæ & pulcherrima ſunt & ueriſſima. Sed
cũ ea ſit apud oẽs de te fama pudicitiæ prudẽtiæ probitatis: ut uirginibus oĩbus una tu exemplo eſſe & poſſis
& debeas: iã tempus me admonet: ut oẽm meum orationis curſum in futurꝝ hunc ſponſum tuũ breuibus con
uertam. Quid aũt de te primũ laudẽ. Theodore plate: uel quid non laudẽ potius? Nã quis oĩum eſt: q de tuis
pulcherrimus maximiſq; uirtutibus ingenio diſciplina certius teſtimoniũ uno Franciſco philelpho afferre q̃
at. cuius uel admodũ adoleſcens iſtitutus es diſciplinis: & cum ætate prouectus. & ſapientia: ab eiuſdem te fa
miliaritate & amicitia: nunq̃ alienum te uoluiſti? Finxit te natura ingenio uigili acri ſtrenuo dextero. Quare
ñ modo quæ recte audires: celeriter tanq̃ pcipiebas: ſed per multa quoq; aſſiduo ſtudio diligentiaq; tua. ex ua
riis lectionibus conquiſita atq; collecta perinde atq; in optimæ quẽdam atq; frugiferæ meſſis aceruũ cõgere/
bas nihil quod uel ineptũ eſſet uel minus luculentũ admittens. Quibus quidẽ naturæ tuiſq; inſtituis factũ eſt
breui: ut nihil quod ad oratoriam attineret: nihil quod philoſophiæ grauitatẽ ſaperet ignorares. Cum uero i/
telligeres & pro cõditione temporꝝ: & pro maiorꝝ tuorum gloria legũ ciuiliſq; iuris ſapientiam omnino ti/
bi eſſe obeundam ad hanc te totũ tanq̃ in patritã & auitã poſſeſſionem recepiſti. Idq; uſus & ingenii acrimo
nia & memoriæ bonitate & continua quadam diligentiq; induſtria breui temporis curriculo præſtitiſti ut iu
riſconſultorꝝ & eruditiſſimus habereris & innocentiſſimus. Nec tamẽ inter hæc ſtudia ſiquid ocii uenari po
teras: id uacuum fluere patiebaris. Sed quod alii plæriq; omnes ad relaxationẽ & uoluptatis illecebras confe
runt: id tu omne aut ad rerꝝ diuinarum perſpicientiam aut ad aliarum diſciplinarꝝ cognitionẽ transferebas.
Quo factum uidemus ut omni in laude uerſatus exiſtimeris. Nec enim te fugiebat duo eſſe hoĩum genera al
terum doctum & urbanũ: alterum indoctũ & ruſticum: & hoc quidã humanæ præſtantiæ q̃ minimam partẽ
repræſentare: quo de uno uerecundæ locutus eſt hieronymus inquẽs. Sancta quippe ruſticitas ſoli ſibi pdeſt
At alterum illud longe proprius uidetur ad diuinam bonitatem accedere: cũ ñ ſibi ſolum ſed uniuerſo huma
no generi natum iure queat iudicari: quod & conſulẽdo & monendo & inſtituẽdo & tuendo ſit oĩbus uſui.
Et. n. cum duæ ſint animi partes: quarum altera rõnẽ habet. altera caret: i utriuſq; ui eximius eẽ uoluiſti. Qua
propter uirtutes oĩs complexus eſt & contemplationis & actionis: quo utriuſq; felicitatis etiã inter uiuos fie
res cumulatiſſime particeps. Turpiſſimum certe iudicans a primis tuis illis maioribus Platoneq; & ſolone ul
la ex patte degenerare. Platorum enim familiam & priſcam eſſe & pclarã celebrẽ ſatis nobis oſtendit ipſe unus
plato: ab quo plati defluxere. Quis enim audeat negare extitiſſe platonem philoſophorũ plane oĩum & ma
ximum & grauiſſimum. Vt diuini illius ingenii ſummæq; ſapientiæ cætera argumẽta prætereã: fuit ille om
nium philoſophorum primus: qui & de trinitate & de rebus diuinis ac noſtris multo ante humani generis re
demptorem q̃ apertiſſime fuerit pientiſſimeq; locutus. Qua ipſa re una quanq̃ philoſophorum oĩum nobi/
liſſimus iudicari debet: altius tamen eius eſt nobilitas recenſenda. Plato uir fuit athenienſis Xenocratis acade
mici & Ariſtotelis peripatetici doctor. Is ſuo proprioq; nomine ariſtocles dictus eſt. Nam platonis appella
tionem aut a pectoris latitudine ab oratione uberiore deductum putant πλατυσ platys. n. græce latum la
tine ſignificat. Huius, paternum genus a Codro manauit athenienſium iuſtiſſimo rege meláthi filio: at mater/
num a Dropide poeta elegantiſſimo Solonis legũlatoris fratre. Qui quidem ipſi altius referunt genus ſuum
in Nileum heroa neptuni filium ac peliæ fratrem. Ex quo item nileo & chlora amphionis filia nati ſunt filii
duodecim. quorum natu minor fuit Neſtoris: qui in bello troiano ſapientia & eloquentia inter græcos cæte
ris præſtitit. Itaq; mirandum certe non eſt: ſi Theodorus platus huiuſmodi ortus genere & ipſe iuxta ac pa/
ter Georgius clariſſimus ille iuriſconſultus legum ciuiliſq; iuris ſapientia eſt illuſtris: & Petrus antonius huiꝰ
frater cum militiæ gloria tum poetica eſt & oratoria laude inſignis. Theodorus n. pro tranſfuſa & propagata
in poſteros ui ſollertiaq; naturæ platonem ſolonaq; repræſentat. At Petrus Antonius tum nileum illum qui

Liguria
Gaſparinus uicecomes
Philippꝰ Ma.
Iohãna Ruſcones
Comũ
Iohãneſ aloyſius
Frãchinus
Agnes
Antonius marliãus
lezadra
F. Turrianus comes
Margarita
Aloyſiꝰ dugnanus
Eliſabet
Theodorus platus
Duo hominum gener
Plato
Solum
Origo domus theodori Plati
Platõis origo
Ariſtoteles pipateticꝰ
πλατυσ
Platys
Codrus
Melanthus
Solon
Nileus
Chlora
Amphion
Neſtor
Theodorus

& pilum condidit & res geſſit maximas: tum amphiona & dropidē: quo eloquentia reddidit celeberrimos.
Vterq; autem bonitate referunt Codrum regem Is enim pro iuſticia & caritate patria ſeſe ultro morti obiice
re non dubitauit. Ea deniq; ratione hi duo fratres pro diuino principe noſtro patriæq; ſalute ſi opus eſſet: ui/
tam ipſam ultro alacriterq; exponerent: præſertim cum aiaduertant in principis ſalute patriam ſalutē eſſe con
ſtitutam. Quá i uno ipſo Theodoro omnem maioꝝ ſuorum laudē & gloriam ita liceat reperire ut nullus no
bis neq; amphion neq; dropides nec etiam neſtor ſit deſyderandus. Nam ad cæteras uirtutes & uerſu ualet &
oratione ſoluta adeo: ut quod de neſtore apud homeꝝ legimus: ex eius lingua melle dulcior oratio profluat:
adde modeſtiá facilitatem manſuetudinem comittatem morúq; elegantiam mirifica & inaudita quadam in/
genii dexteritate prudentiaq; conditam. Quid multis? Ita ipſe per ſeſe pollet: ita ſuo ſplendore præclarus eſt:
ut uideatur maiorum etiam claritudini præluxiſſe. Quid enim ſim longior in recenſenda platorum nobili/
tate: cum non modo in inſubribus: ut uetuſtiora illa ſilentio: iam inuoluam: uerumetiam & in placentino ac
parmenſi ſolo ſuperioribus tēporibus: & in ipſa etiam liguria: cuius caput eſt Genua lateq; per Italiam nōnul
li ex platorum familia uiri magni & prepotentes caſtella plurima oppidaq; poſſederint? Quare ne priſca illa
curioſius repetentes quæ magis ad rem faciunt: prætereamus: paucis mihi complectendum uidetur: ꝙ & oſtē
di omnibus poteſt: & ipſe legi. Extant. n. grauiſſimæ quædá tabulæ quæ uulgo ac tēpeſtate uocantur publica
inſtrumenta: & æe quidē reperte in archiuo placentino confectæq; anno a natali chriſtiano uigeſimoſecūdo
ſupra milleſimum. Quibus quidem tabulis perſpicue patet fuiſſe fratres ſex ex quodam natos magnifico mi/
litaris dignitatis uiro Plato nomine: qui ex plata familia ortus eſſet ac nobili fœmina Mathodia: quæ filia fo
ret magnáimi equitis aurati comitiſq; lonielli luciani atque his paternum auum extitiſſe Facinum platum &
ipſum equitem auratum: auiam uero probatiſſimam & nobilem fœminá Domnillam araſmi turriá filiam:
Atq; his quoq; in tabulis quæ confectæ ſunt herciſcundæ familiæ gratia dilucide apparet fuiſſe illis platis am
pliſſimum patrimonium & arces permultas atq; oppida: quæ pro ſuis portionibus ſingillatim inter eos fra/
tres diuiſa ſunt. Caſtellum autē unū nomine platonum iccirco indiuiſum atq; cōmune relictū eſſe: quoniá pla
torum familia a diuino illo Platone philoſopho trahens originē haberet agnationis ſuæ perpetuū cognomē
tum. Cúq; hi ſex fratres ſecundū portiones quæ cuiq; obtigerant. Alius Bononiá. Alius Ferrariam. Alius Ge
nuam. Alius Parmá. Alius Immolam ſeſe contuliſſent. Antonius platus qui foret ex illis omnibus natu mi/
nor: haberetq; portionem ſuá in Mediolanenſi ditione: Mediolanum ſe recepit: ab quo quidem uno cū cæte
ri maiores tum illuſtris & ſapientiſſimus iureconſultus Georgius platus clariſſimi huius ſponſi pater profe/
ctus eſt. Quid. n. memorem quod eſt oíbus luce ipſa magis perſpicuum: uirū illum grauem atq; ſapientē Gui/
detum platum: quem ipſe Georgius auum habuit. Fuit enim ille tanta probitate & ſapientia: ut nō mó apud
Iohánem mariam ſecundū mediolanenſium ducē iuuenem ſane ferociſſimū primū locū obtinuerit: ſed apud
eius etiam patrem Iohánem galeaciū quo nihil uidit ætas illa in omni præſtátiæ genere nec admirabilius nec
perfectius: tanto eſt habitus in honore: ut exiſtimari poſſet diuinus ille priceps nihil apud ſe habere uno Gui
deto plato aut carius aut prætioſius. Itaq; non eſt mirádum: ſi talis ille tátuſq; uir pro ſuæ pietatis munere ad
ſanctam ciuitatē hieroſolymam cum ornatiſſimo famulatu nauigauit: quippe qui itelligeret honorē omnem
huius mūdi inanem eſſe: ubi diuino uacaret cultu. Quá obrem deuotiſſime eo profectus ubi uoti ſui pientiſſi
me factus eſt compos: a ſereniſſimo Hungariæ rege Carolo apud ſacroſanctū ſepulchrum ipſum militaribus
eſt ornatus inſignibus. Hoc igitur auo Guideto & patre Georgio natus eſt excellentiſſimus hic iurecōſultus
Theodorus & quo de modo uerba faceram Petrus antonius & cū alii fratres tum Anaſtaſius adoleſcēs: qui
etiam ipſe paternam atq; alioꝝ ſuorum maioꝝ gloriam egregie imitatur. Nam ipſe quoq; legali ciuiliq; ſapi
entiæ ita operá dat: ut ſuoꝝ æqualium cedat nemini nequaq; is quidem ſolonis platonis oblitus. Ná & ſolo
nis leges quanto fuerint in honore: uel unum illud eſt dilucidum argumētum: quod Romani ipſi rerum do/
mini legatos decē in græciá uſq; miſerint: qui eas ab Atheniēſibus petitas in urbē ferrent ad ſuum ſtabiliēdum
iuſticiá & decorandū imperiū: Et plato quantá præ ſe laudem ferret legū iuſticiæ uniuerſæq; adminiſtratiōis
ciuitatis cū alia permulta eius uolumina eruditiſſime atq; ſapientiſſime lucubrata tum libri decem de republi
ca duodecimq; de legibus apertiſſime declarant. Sed his omnibus omiſſis quid loqr de materno genere Theo
dori? quid inquam de huius matre pudiciſſima atq; optima muliere Agnete Maffei muzani illius filia: qui &
ſenator ſapientiſſimus fuit & ob maximas ſuas innumerabiliſq; uirtutes Philippo mariæ nobiliſſimo duci ca
riſſimus: Num tantus ille princeps cuius ſplendidiſſimum nomen nulla unquam neq; inuidia nec poſteritas
obſcurabit: tanto feciſſet unum maffeum mazanum niſi omni laude dignum cenſuiſſet? Vellem mihi. liceret
ea omnia in medium referre: quæ ad uera de te laudes attinere intelligo præſtantiſſime iuriſconſulte Theodo
re plate: quæ quoniam temporis breuitate impedior: ut prætercam: eſt neceſſe. Vnum illud certe ſcio: te unum
eſſe inter omnis: qui non tam platus dicendus ſis quam plato: utpote qui nō modo platonem in omni ſapiē
tiæ gloria repræſentes: uerum etiam ſis idem plato: a quo illuſtris familia olim tua quæ nunc deprauatione
temporum plata dicitur: platonica fuerit appellata. Sedm quonia me tempus iam admonet: ut ad uerba illa
ſolemnia quibus tota uis matrimonii per uerbum de præſenti concluditur: noſtra omnis oratio ſe conuertat:
de his nunc ſatis atque ſuper

Franciſci Philelphi oratio nuptialis habita in deſponſaliciis Petri Biragi & Eliſabet princiualis.

Platus
Georgius iuriſconſultus
Petrus Antonius Platus
inſubres
Liguria
Genua
Platus
Mathodia
Lonielus lucianus
Comes
Facinus platus
Domnilla
Araſmus turriáus
Caſtellū
Guidetus platus
Giorgius platus
Iohannes Mar. dux.
Hieroſolyma
Caroluſ rex
Anaſtaſius platus
Solon
Romái
Græcia
Plato
Agnes Maffeus muzáus
Philippus Maria dux
theodorus platus
Plato

q

Vi ſacratiſſimum coniugii uinculum non ſumopere laudãt excellentiſſimi pricipes indigni
profecto illi mihi uideri debent qui ex ullo hominũ numero iudicentur: Nã ſi natura fieri ui
demus: ut quicquid aut aliter aut ſentit: producat aliquid ſibi ſimile: quo in ſua ſpecie propa
getur: idq; non in cæteris aĩalibus ſolumque ratione carent: ſed in hærbis etiam & arboribus
quæ ſunt inopes ſenſus: intueri liceat: quid de humano genere dixerimus. q diuinam imagi/
nem præſefert? Nõne ad ipſum naturæ appetitum diuino quoq; præcepto admouemur: ut
creſcamus: ac multiplicemur: terrãq; repleamus? Et eſt ſane coniugium ut mea fert opinio: uiri adq; mulieris ſe
cundum legem ad procreandos liberos cõiunctio. Nõ enim ad pruriendis libidinis nõ ad titilantis ſenſus ñ
ad obſcœnæ uoluptatis intemperantiam inſtitutũ eſt matrimonium: ſed ut pro ratiõe pro lege pro ſanctimo
nia nobis ſimiles generemus. Itaq; in coniugio admodũ eſt cauendum nõ modo: ne quid per adulteriũ q im
pium eſt: ſed ne per laſciuiam quidẽ ullam quod pecudum eſt proprium: perpetremus. Oĩa ſunt a nobis ſecũ
dum uirtutem ac deum agenda: dicenda: cogitanda. Hæc qui pure caſte innocẽterq; ſeruare prexerint: nõ dif
ficulter triplicia illa bona aſſequentur: quæ dicuntur fidei prolis ſacramẽti: Huiuſmodi autẽ matrimoniũ tan
tum in ſe iucunditatis habet: ut nihil in uita poſſit eſſe felicius. Quod ſi ex ullo unq̃ ſperandum fuit: tũ ex hoc
præſenti fauſto fortunatoq; coniugio nõ modo licet ſperare. ſed ita omnino ſperare. atq; ea quæ oculis cernũ
tur & in noſtra ſitu ſunt poteſtate. Quis. n. ignorat ſponſam ipſam Eliſabet principallis lampugnani uiri cla
riſſimi atq; optimi Katherinæ ſpinellæ nobilis & honeſtiſſimæ mulieris filiam ita eſſe ab prima uſq; infantia
educatã. ut ſimul cum lacte uideatur pudicitiam bonitatemq; oẽm hauſiſſe? Nam de Petro ſponſo quid atti/
net multa dicere: quem omnes ſcimus nemine ſuoꝝ æqualium ĩ omni probitatis genere inferiorẽ. Et ne lõgi
or ſim: q̃ tẽpus locuſq; patiatur: Et certe Petrus parentũ maiorũq; ſuoꝝ q̃ ſimillibus: quippe qui natus An/
tonio birago ornatiſſimo uiro & Eliſabet ſouica muliere probatiſſima habuit Maffeolũ paternũ auum: quẽ
præſtantiſſimus dux philippus ob eximiã erga ſe fidem ſingularẽq; prudentiam præfecit ſuæ uniuerſæ: curiæ
magiſtrum: quẽ quidem pulcherrimũ: & ampliſſimũ magiſtratum Maffeolus ea diligentia & integritate geſ
ſit: ut perinde atq; hæreditariũ diuinus ille princeps in Antoniũ eius filiũ poſt patris obitũ tranſtulerit. Quid
dicam præterea de huius patruo Andrea briago uiro magnifico & grauiſſimo: Nonne idem dux Philippus
tanti eum ſemper fecit cũ publicis tum priuatis in rebus ob ingenti acrimoniã magnitudinemq; cõſilii: ut ne
minem haberet cariorẽ: neminem iucundiorẽ: neminem cui plus aut tribueret aut crederet? Apud hũc autẽ il
luſtriſſimum principẽ noſtrũ quantum ſemp idem Andreas ualuerit: quo ad uixit. & auctoritate & gratia &
domi & belli ob eam: qua plurimũ ſemp claruit: diligentiã ac fidem: nemo ueſtrũ omnium eſt q neſciat. Quid
enim uager per alienas familias qbus Petrus ſponſus affinitate cõiunctiſſimus eſt? Souicos poſterulas ami/
deos aduocadros morones uicecomites ipſoq; lampugnanos: cũ inter biragos tot uiri fioruerint ac etiã nũc
floreant ĩ omni uirtutis genere: ut ſi eos numerare uoluero in hac tẽporis breuitate: ſim nõ mediocri tedio fu
turus? At de nobilitate & generis claritudine pudiciſſimæ huius ſponſæ Eliſabet ſi uerba uoluero pro digni/
tate facere: non ſit mihi huiuſmodi breui ſermone opus ſed prolyxa oratione uel quam ſpatioſiſſimis potius
uoluminibus. Nam quæ familia eſt paulo excellentior nõ mediolani ſolum ſed in hac uniuerſa Gallia Ciſal/
pina: quæ nõ ſibi maximo ſemper duxerit ornamẽto lampugnanoꝝ affinitates? Quare ut tẽpori inſeruiat
cætera omnia omittentes paucis ea percurramus: quæ ad domeſticas ſponſæ laudes in huiuſmodi neceſſitudi
nis genere attinet. Nata eſt Eliſabet patre ut modo dicebatur Principalle: uiro certe mea ſententia: q & dexte
ritate ingenii & ſtrenuitate magnitudineque animi alteri nemini ſuæ patriæ cõcedat fide ãt & obſeruãtia tã
ta in excellẽtiſſimos noſtros principes Frãciſcum ſphortiã Blãcamq; Mariã duo huius temporis ſplẽdidiſſi/
ma luminaria: quãto eſſe maior nullo pacto poſſit. Quid. n. meminero aut Petrũ auum paternũ ciuilis pon
tificiiq; iuris peritiſſimũ grauiſſimumq; doctorẽ? aut Georgiũ illum patruũ: cuius ad paternas laudes tãta be
niuolentia acceſſit in hũc diuinum principẽ: ut eam nõ niſi cũ uitæ exitu terminarit? Nam & Bernardũ phi/
loſophum ac medicũ & Baptiſtam atq; Iohãnem andreã uidetis in uiuis nõ uulgari uirtute iuuenes. Hierony
mus etiã ipſe patruus quãta modeſtia humanitateq; præſtiterit: dum uita frueretur: cognoſtis omnes: Sed ut
de reliquis ne ſim in dicẽdo lõgior: conticeſcam: Nõ ne unus hic Oldradus lampugnanus magnificus: eques
auratus ducaliſq; ſenator ſapiẽtiſſimus tanto ſemper in honore eſt habitus ob eius præclaras ſummaſq; uirtu
tes cum apud Philippum Mariam illum: tum apud hunc ipſum Frãciſcum ſphortiam ſocerum generumque
duces: ut alterum habeamus neminem: qui cum hoc uno queat de gloria contẽnere? Quæ cum ita ſint: nõ du
bia nobis oĩbus ſpem affertis feliciſſimi cõiuges Eliſabet lãpugnana Petreq; birage in oĩ uos laude ſimilis fo
re parentũ maiorũq; ueſtroꝝ. Reſpõdebitis. n. reſpondebitis ꝓfecto genituræ ſæmini: taliſq; uos ꝓſtabitis: ut
nõ minus illis præluxiſſe q̃ accepiſſe ab illis lucẽ ſitis iudicãdi. Quare quod felix fauſtũ fortunatũq; uobis ſit
iam ad ipſum deſponſationis munus ꝓpius accedamus. Mediolani. iiii. Idus ſeptembres. M. cccclviii.

Franciſci Philelphi epithalamion in nuptiis nobilium coniugum Iohannis antonii ſimonetæ & Marga
ritæ cottæ.

Nter humanæ ſocietatis uincula: quibus ratione duce iucunde inter nos uiuimus: nullũ profe/
cto neq; iucundius neq; utilius eſſe aĩaduerto: quam quo uir & uxor mutua caritate inuicem cõ
iunguntur. Scimus enim in uniuerſa re domeſtica qua conſtituitur ſeminarium reipublicæ tri/

Præceptum diuinum
Coniugium
Liberi
Libido
Intẽperantia
Lex
Sanctimonia
Matrimoniũ
Eliſabet
Katherina
Petrus
Antonius biragus
Maffeolus
Philippus dux
Andreas biragus
Eliſabet
Gallia ciſalpia
F. ſphortia
Blanca maria
Georgius
Bernardus philoſoph[us]
Baptiſta
Iohannes andreas
Hieronymus
Oldradus
Philippus Ma.
dux.
Eliſabet

plicē eſſe ſocietatē heri & ſerui uiri & uxoris patris & filii:& id quidē ſecundū triplex ciuitatis adminiſtran
dæ genus. Hanc uero cōmunionū coniugiū quod uocamus:tantā uim in ſe habere tantā magnitudinē tātam
præſtantiā excellentiſſimi philoſophi tradiderūt:ut inde gradatim ſecūdis auſpiciis ad ſūmum uſq; eatur im/
perium. Vt.n.unius egregii uiri principatus & optimatiū præſtat & populi dominatui:ea rationē ſecūdum
A ſuoi inimici:qualunche ſaccorge
Hauer cuor di gignante a ſe rubello
Coſi a tuto prouide il mio ſir giuſto
E come el buono auguſto
Col cuor iucundo:e.có la uiſta lieta
Te puoi:quando tal pieta
Vedi il tuo ſire il tuo padre benigno
Hauer de te che degno
Tha giudicato in cui lui ſia corteſe
Vedere ben puoi:ſel duca milaneſe
Ama ja tua quiete il ben.la pace
Quando di tal paſtor tha honorato
Il cui ingegno.e.ornato
Di doctrina e uirtu e fede ueraca
Figliol dil ſuo bon ſeruo
Conte.Vitalian:cogni ſuo neruo
Meter per gli ſuoi amici mai li ſpiace
Qual don que.e.quel che tace
Che meco iſieme al ſummo dio non facia
Per coſtui prieghi cum le ſteſe braccia
Omnipotente dio
Che tuto uedi.e regi:e ben gouerni
Per gli tuoi imperii eterni
Cum humilita te ſupplicamo tuti
Che ſerui.e.guardi il noſtro ſignor pio
O dolce ſignor mio
Per quegli amari e ſaporiti fruti
Morendo e riſorgendo
Riceuoti da te uero miſſia
Sol per riſtuor di noſtra colpa hauendo
Pieta di noi che eſſendo:
Il delito impunito
Ciaſchunera nel ſuo ben far perito
Degnati il tuo Philippo Anglo Maria
Guardarlo dogni inciampo e ſorte ria
Eodem anno & die & loco

Franciſci philelfi oratio de laudibus Lazari ſcarápi epiſcopi ad commenſes.

Nſtituéti mihi uiri cómeſes uerba uos.facere cú de epali dignitate tú de ipſo uro epo Laza/
Lazaruſ ro ſcarápo:qué pſenté hic corá q; uidetis:haud eqdé facile dixeri:uter maior dicédi labor d
ſcarápus dignitate ne an de hoie ſit oblatus. Vtraq; ſane res táta é & tá nobilis tá magnifica tá excel/
lés:ut uix ulla igéii ul ulla orónis copia uideat eé cótéta. Scimus.n.ut hic primú aggrediar
ab heroicis uſq; téporibus eodé epiſcopú eé noie regé q; appellatú:id qd apud Home.de he
Eps & ctore licet aiaduerti. Et ne id qdé abſurdú.Quid.n.aliud eps ſigát apud græcos:q́ iſpecto/
rex rem:ſpeculatoré:cuſtodé cóſultoré q; & ultoré:ac ppoſiti cópoté? Rex.n.oia diligéter iſpicit: oia puidet:
Hóerus q́ ad tutádú regnú & áplificádú attinét:ſuis premis bonos pſeqns:ac dignis aiaduerſióibus malos afficiens
Hector Et qm nihil agit i cóſulto:nihil iprudéter:qcqd ppoſuit efficit. Hæc eadé certe més idé aius epo i eccleſiá eſſe
Eps qd debet.& eo ſtudioſior atq; ppenſior:quo húane res cúcte.ne cú minima qdé alicuius diuinæ rei pticula con/
Græci ferri poſſunt enumero qs fidelis atq; doctus chriſtiáus minus nouit a chriſto optimo maximo eé epos quaſi
reges ſuis eccleſiis iſtitutos. Ipſe.n.cú adhuc eét i terris manum apoſtolis ſuis iponés eos ordinauit eps:iuſſit
ut irét i múdum uniuerſú:& oi creaturæ euágeliú pdicarét ac dicerét regnú cæleſte appropinquaſſe. Ad hæc
euágeliú ut curarét:ſanarét q; ifirmos:mortuos ſucitarét ut múdarét leproſos:dæmóes eiicerét:pmulta q; alii in ſuo no
mine facerét:q́ naturæ diuine fiunt nó húanæ. Iheſus inq́ ſaluator noſter huiuſmói pſules iſtituit:id qd apo/
Paulus a ſtolus Paulus ſpús ſctús poſuit epos regere eccleſiá Iheſu chriſti. Atq; taliú ſacerdotú táta é amplitudo & ita
poſtolus ſublimis gradus:ut eos ágelo℞ nomie i Appocalipſi appellatos inueniamus. Accipimus.n.epm munus a pri
Angeli mis inde tpibus illud in catholicis eccleſiis extitiſſe:ut populos docerent:ipſi q; ea anúciarét:q́ ad gloriá pti
appocali nent ſempiternam. Quare cum i appocalipſi iubét ágli penitétiá agere;nó de iis ſermo é angelis:q & incor
pſis porei ſunt:& quo℞ alteri ob efferatá ingratitudiné puicacé q; ſupbiá æternis ſuppliciis ſút addicti:alteri hu/
miles & accepti memores bńficii lóge abſunt:obnoxii ſunt peccato. Nec.n.epi q húani qdá ſunt angeli.qm
diuina pcepta ac redéptoris nri Chriſti Iheſu uoluntaté nunciant:ſine peccato eé ullo pacto poſſunt. Atqui
pontifex ipſe qué pcipui honoris cá ſúmum uulgo appellamus:aliud qcq; nihil hét egregium:quá qd epi eſt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

proprium. Quis enim eſt alius ſummus pontifex q̃ ecclesiæ Romanæ epiſcopus? Et ſingularum quidẽ ur/
bium epiſcopi dici pontifices & poſſunt & conſuerũt: qui q̃nq̃ in ſuis ecclesiis ſunt maximi ac ſummi: eo
tamen minus dicunt: ut quem cæteris pontificibus lex præeſſe uoluit: is honorificẽtiore epitheto ornaretur.
Sed quoniam paucis oſtendimus eundem eſſe in eccleſia dei epiſcopũ: quem & regem & angelum uocamus
reliquum eſt ut de hoc ipſo Lazaro ſcarampo: qui felici quodam diuinoq; auſpicio epiſcopus uobis contin
git: non quæ dici laudãdo poſſent: ſed quæ non dici iniuſtum ſit breui oratione pſtringamus. Vidi plerunq;
nonnullos qui cum maxime ſtudent aliquẽ laudare eas potiſſimũ laudes conquirũt & conſectant: quæ alie/
ni ſũt iuris nec præſtari a nobis poſſunt. Nam patria & parentes: quæq; alia uel fortunæ uel corporis ſiue bo
na ſiue cõmoda ſint dicenda quacunq; merentur laudem: propterea ſcilicet mærent: quod iis moderate pru/
denterq; utamur: quamdiu adſunt. Fragilia enim & caduca ſunt: nec in noſtra poteſtate poſita. Aliud profe/
cto nihil pter uirtutẽ & rationem afferre poſſumus: quo de certi quicquam habeamus magnumq; polliceri
Bona ai noſtra ſunt: quæ fortunæ oĩ contẽpto impetu nullã tẽpoꝝ mutabilitatem nullum in ui morbi nullã
commodum turbinem contremiſcunt. Itaq; uera omnis ac perfecta laus poſita eſt & collocata in ſola ani
mi præſtantia. quid enim memorem Lazarum epiſcopum eſſe nationem ligurem: familia uero ſcarampum:
at Ligures in italia quales ſint: qualeſq; ſemper fuerint: nemo ſane rerum paulo peritior ignorat. Nam ut tem
pori obſequens ſilentio præteream: quæ præclara quãq; permulta facinora tempeſtate noſtra ligures ſæpe geſ
ſerint: & nũc etiam gerãt: tradunt nobiles nonnulli rerum ſcriptores tum latini tum græci aborigines extitiſ
ſe: q maiore ex parte imperitarent italie: cum in eam Troiani primum ueniſſent ænea duce. aborigines uero
alios nullos eſſe quam ligures: ita nominatos: quod modo tam ſint populi. Horos enim græce montem ſigni
ficat. Na liguria prope tota montuoſa eſt & ardua ob idq; genus hominũ acre atq; bellicoſum. Inter ligu/
res aũt ſcarampi pceres ſemp habiti ſunt illuſtres: & id quidem in omni laudis ac probitatis genere. quot iu/
recõſulti. quot in omni doctrina magnitudine eruditiſſimi & eloquentiſſimi uiri: quot equites aurati & ſca/
ramporũ familia pdiere? quid enim repetam in pſentia priſcũ illũ & inclytum auctorem huius generis ac no
mini ſ ſcarampum: q ex Aragonũ regia in italiam profectus poſt res ſplendidiſſime geſtas in liguria conſe/
dit: cum floruit ſemper ſcaramporum domus & fortiſſimis belli ducibus: & religioſiſſimis plær. ſq; atq; am/
pliſſimis nobiliſſimarum urbium pontificibus. Itaq; mirandum non eſt: ſi ſcarampis proceribus cum preſtã/
tiſſimis prope omnibus primariiſq; familiis non ligurum & inſubrium modo: ſed totius huius galliæ ciſalpi
næ affinitas ac ſumma neceſſitudo contracta eſt: Omitto reliquas clientelas amicitias uires facultates: quibus
ſcarampi proceres plurimum pollent. Præterea conſulto in medium afferre uel antonium huius auum. uel
Rainaldum patrem: quorum uirtus & domi & foris tanta eſt habita & tã celebris: ut eoꝝ nomẽ nulla ſit an
tiquitas deletura. Satis enim hic unus Lazarus epiſcopus ſuperq; eſt qui omem de ſe laudem queat profiteri
Non is profecto eſt Lazarus qui ſuum iactet clariſſimum genus: qui aliena laudet: cum ſemper ſtuduerit nõ
aliunde ſed ex ſeſe ipſo potius deoq; pendere. Nam quid de hoc tam ſancto & ſapiẽti præſule ueſtro. Viri co
menſes primũ ducamus laudãdũ Nã eximiã forme bonitatẽ? Quæ tanti fieri ĩ principibus conſueuit: ut non
dubitauerit tragicus ille de priamo loquens ita affirmare. Priami quidem ſpecies meretur imperium. Quod
ſi materia ſequitur formã natura: quis ambigat animi præſtantiæ debere corporis excellẽtiam oẽm reſpon/
dere? At fit ſæpe malo hominum more: ut naturæ probitas deprauet. Eo igitur maiore admiratione eſt An/
maiore admiratione dignus eſt Anthiſtes hic ueſter. quod omnia fit ſemper natura duce pro animi ratione
non minus feliciter conſecutus: q̃ diligentiſſime ſecutus. Omnem inquam corporis dignitatem omne robur
omnẽ ualitudinẽ cũ animi ſanitate; & ui: atq; pulchritudine cõformauit. Quare cum intelligeret ad tantam
naturæ bonitatem accedere opportere bonam quandam præſtantemque doctrinam hanc tanto ſtudio: tan/
ta induſtria: tanta diligentia eſt amplexus: ut non diuina poetica: non regina humanarum rerum oratoria: nõ
optimarum omnim artium procreatice philoſophia contentus ſeſe penitus ſacrorum librorum lectiõi Theo
logiæq; dediderit: quibus in rebus tantum ualet ut omnium opinionem ſuperarit. Nec ſibi aliud quicquam
boni propoſuit unquam in uniuerſa uita: quam quod ipſa ueritas quæ ſolus eſt deus: definierit. Nam per hu
iuſmodi ſapientiæ genus ſe facile aſſecuturum exiſtimabat quod uerum & incommutabile atque ſempiternũ
foret. Quid enim uerecundos eius memorem continentiſſimoſq; mores: cum nulla ſit omnino uirtutis pars
cuius aſſidua conſuetudine priuatum ſe uoluerit? Præ cæteris autem iuſticiam atque pietatem præcipua qua
dam cura & ueneratione proſequitur. Solebant priſci illi gentileſque philoſophi qui dicuntur: uirtutem ſe
qui non tam uirtutis gratia: quam ut inanem hominum gloriam uenarentur. Itaque ſtudebant: quod eſt ſi/
ſimulationis proprium magis uideri boni quam eſſe. Omnes eorum uigile atque peregrinationes qui ſeptem
exiſtimati ſunt ſapientes in græcia: referebantur ad humanæ gloriæ nebulam. Idem ſtoici: idem Acha/
demici & peripatetici: reliquique ſocratici faciebant. Quæ nam mens uel pythagoræ famio: uel agri/
gentino Empedocli fuerit: tum illius auratum femur: tum huius inhiatum æthnæ præcipitatio dilu/
cide declarat. Nam Romani quod aut pro patria ſe deuouerint: aut filios interemerint: aut tot tantoſ/
que labores exanclarint uel acerbiſſimos cruciatus moreſque pertullerint: quid aliud quam nominis im/
mortalitatem apud homines affectabant. Non enim ullam ii ſibi omnes: ſi recte uelimus iudicare: cer
tam uirtutem expreſſamque proponebant: ſed adumbratam quandã ac fugatã uirtutis imaginem. Nam

Ligures
Aborige nes
Italia
Troiani
Aeneas
Italia
Ligures
Inſubres
Galia ciſ alpina
antoniuſ
Rainal/ dus
Lazarus
Priamuſ
Theolo gia
Iuſticia
Pietas
Gẽtiles
Philoſo phi
Sapiẽtes
Stoici
academi ci
Peripate tici
ſocratici
Pithago raſ
empedo cles
Aetna
Romãi

uera & indubitata uirtus ſuis nixa hærcuſq; radicibus nihil hēt ſupra ſe maius nihil pclarius nihil precioſius
Virtus qđ aut bonú aut expetédú céſeri oporteat. Quo ſit ut ſolus deus ea ſit: atq; ſola uirtus: a qua táq; abúda
tiſſimo & pẽnni atq; inexauſto totius uirtutis fonte nr̄i oés & cogitatus & actiões debét emanare eoq; re
Lazarus ferri. Nec enim in terris ulla eſt hominis gloriá præter eam. quæ cum cæleſti gloria ſit coniuncta. Quare
ſcarápus cum Lazarus ſcarampus ſcarampus ab uſq; puero in eo ſe uirtutis genere accurate ac ſúmo cum ſtudio exer
cuiſſet: quod in agédo uerſat' mox ineunte adoleſcétia ad ueritatis pſpicientiá animú cóuertit. Intelligebat.n.
generoſus adoleſcens inferiora hæc omnia & mutabilia eſſe & obnoxia interitui. Sola ea quæ in cælo diuina
q; ſunt: nulli caſui ſubiecta planeq; ſempiterna. Itaq; ab aſſidua exercitatiõe ſcientiæ ad ſapientiæ ſtudiú ſeſe
cóferens. tm̄ ea in re breui tempore profecit: ut cú maxima ſui nominis claritudine iuris pontificii ornaret' i
ſignibus. Et quoniá noſſet nó Iccirco dicendú eſſe ut q̃ pulcherrima optimaq; ſunt: ſciamus dútaxat: ſed mul
to etiá magis: ut ſecundú ea: quæ didicimus: operiur: qequid egregii & cóſpicuit tot laboribus & lucubratio
nibus ſuis per diſciplinà fuerat aſſecutus: id ita uſú quottidião ſibi fecit familiare: ut omnibus ambiguú red
diderit: utra pſtátior iudicandus eſſet actionis ne laude an cótéplatióis. Vtraq; certe uæheméter excellit: adeo
ut memini cótédédi ſecú i hac oi gallia ſpé relinq̃rit táta eſt eius dicédi facúdia: táta legú & ſacroꝝ canonú
pius pót memoria tanta reꝝ uariaꝝ & laudatiſſimaꝝ in differédo ſubtilitas. Mirari ergo neminem decet: in tot ac
tátis & externis & ſuis bonis Lazarus Scarampus eſt a ſummo pontifice Pio cæteris omnibus in electione
comenſis epiſcopatus ſine ulla controuerſia platus: qui & multi & grauiſſimi uiri non mediocriter ſe con
F. ſphor. tentione ad id ſplédidiſſimi muneris ferebant'. Nó.n. erat ignarus pater ſapientiſſimus neminem oportere
aliis preeſſe in eccleſia dei q ſit ullo genere laudis iis inferior: qbus preeſt: acedebat ad rem quod nó ſine cá
Coméſeſ táti húc fieri intelligebat: a præſtátiſſimo principe noſtro Franciſco ſphortia: cuius animi magnitudo: cuius
Lazarus ſplendor ingenii: cuius táta eſt uirtus: ut omni pene antiquitati uideat' anteponendus. Quid enim humaniſ
eps ſimus princeps noſter húc minus diligat: minus amet: quem norit nó mó eé obſeruátiſſimum ſui rerúq; ſuaꝝ
ſed plane talé: quem oís honos & omnis dignitatis gradus debeat cupere atq; exoptare? Quamobrem ut &
principi noſtro quam optime de ſe merito gratificaret' pater beatiſſimus: & eccleſiæ ueſtræ uiri Comenſes có
ſuleret ſalluberrime: hunc uobis Lazarum delegit epiſcopum. qui & uobis annunciaret: quæ dei ſunt: & eam
doctrinam traderet: quæ ad ueſtræ ſalutis atq; cæleſtis gloriæ rónẽa ttinet. Veſtrum igitur minus erit: ut húc
cum omni fide ac pietate audiatis: & eius integerrimus paterniſq; iſtitutis diligétiſſime obtéperetis: ſi cupitis
uobis atq; ueſtris omnibus bene & pbeate conſultum ire: habetis enim præſulem eruditum. eloquentem ſo
brium. pudicum. facilem. benignum. affabilem omni præditum humanitatis officio. omni bonitate iſignẽ
cuius admonitionibus parere honotificum eſt. Tu autem pater ampliſſime & ſi minime uereor fore: ut oía
regas atq; adminiſtres moderate & ſapienter tamen pro mea erga te obſeruantia non deſinam dignationem
tuam monere: hortari: obſecrare: ut cogites etiá atq; etiam: q̃tam ſimul cú hoc ipſo auguſto epiſcopatus faſti
Rex gio molem ſubis: cum ſit epiſcopus nó minus operis atq; honeris q̃ honoris nomẽ. Quid enim aliud in eccle
Tyránuſ ſia eſt epiſcopus q̃ rex in Chriſto Iheſu Exerce igitur officium regium. Quid enim inter regem adq; tyrrannú
Ariſtote intereſt? Illud nempe ſecundú Ariſtotelé: quod tyránus: ut eſt cõmunis quidem bonis omnibus: teterrimuſq;
les hoſtis omnia refert ad utilitatem cõmodúque ſuum: At rex quaſi animus reip. qm̄ omnia ſibi cum ciuitate du
cit eé cõmunia: nihil ſibi priuatim quærit: nihil uult: nihil admittit: quod idem cunctis ciuibus non ſit ueluti
propriú. Ita etiam tibi faciundum cenſeo. Cura quæ ſunt eccleſiæ. Huic uni ſtude. Huic inuigila: ad huiuſ emo
lumentum & dignitatem cogitatus tui omnes referédi ſút. Ita.n. præeſſe debes ut proſis. quibus te præeſſe uo
luit deus. Paſce oues meas: præcepit dominus. Quod uni Chriſtus iuſſit epiſcopo: id eſſe & tibi & epiſcopus
cæteris iuſſum exiſtimato. Qui enim rex i eccleſia & ágelus dixeris: gere etiá te paſtorem. Neque id tibi turpe
Deus ducendum eſt: cum nobiliſſimus poeta homerus appellet etiam Agomemona ſæpenumero paſtorem popu
Iheſus lorum. Vt enim paſtor ouibus ſuis a lupo metuens ex aliqua ſpecula oculis attentiſſimis luſtrat circunquaq;
omnia: nequid detrimenti per inſidiatorẽm ſum importetur: ita etiam tibi accerrimo ingenio iterum atq; ite
rum ſpeculandum eſt: ne fruſtra ſis nominatus ſpeculator hoc eſt Epiſcopus. Nam quod ſit diligentis paſto
ris officium Iheſus ipſe docet in Euangelio: cum ait ſe eſſe paſtorem bonum & nó mercenarium: qui cum pa
ſtor nó ſit is: cuius ſunt oues propriæ cum primum uiderit lupum uenientem: illas demittit ac fugit. Lupo re
lictis ouibus rapiendis diſpergendiſq;. At paſtorem bonum cuius ſunt oues: facere ſecus omnia. Nam quia
nouit eas ſua intereſſe: ne animam quidem ſuam pro illis ponere uereri. Inſpice igitur quam accuratiſſime
omnia: quæcunq; ſint eccleſiæ commenſi conductura: nullú detractás laborem: nullúue uitæ quidem peri
Ambro culum reformidans. Nam ſicut nihil eſt ut inquit Ambroſius: Epiſcopo excellentius: ſic nihil miſerabilius: ſi
ſius oues ſibi commiſſas neglexerit. Paſce igitur oues Chriſti. Eaꝝ ſaluti proſpice. quibus cuſtos quibus ſpecu
lator es datus. Quod ſi tu illa omnipotentis dei: quam ſub prophetæ Ezechielis perſona epiſcopo ipſi
quid obſeruandum ſit præcipiunt: uerba quæque conſyderaueris: nunguam errabis. Speculatorem
quit dedit domui iſrael. Audiens ergo ſermonem ex ore meo annunciabis eis ex me. Si autem in
uideris gladium uenientem: & tu non anunciaueris: ut reuertatur impius & a uia ſua: ipſe quidem in iniqta
te ſua moriet': ſanguinem uero eius de manibus tuis requiram. Si aút anunciaueris: & ille non fuerit reuerſus
morietur ipſe quidem in iniquitate ſua. Sed tu animam tuam liberaſti. Satis enim tuo officio pater integer

rime fungaris: ſi populo Cómenſi ac reliquæ tuæ eccleſiæ: quæ iuſſit dominus ꝑ ſingulari tua eruditióe anũ/ domius
ciaueris: ſi quæcũq; ad animaꝝ ſalutē pertinēt: grauiter eloquēterq; docueris: ſi operá quantũ in te fuerit: de/
deris: ne relicto calle cæleſtis patriæ in miſeriá deruát ſempiterná. Ad quæ qdē oia quoniá liquido ac pſpicue
animaduerto tua te ſponte mirifice incitatũ: nihil eſt: quod oratione ſim longior. Noui.n.innocentiam tuá.
Noui ſanctimoniá uitæ. Noui magnitudinē & altitudinē animi. Noui prudentiam & conſilium. Noui iu/
ſticiam. Noui pietatem. Nũc expróme: quæſo: recũditos theſauros tuos iuſtos non pecuniarũ: quibus unus
omniũ liberaliſſimus es: ſed ſapientiæ cæterarũq; uirtutum: quibus es omnibus admirandus. Scis eum fidei:
& religioni tuæ populum eſſe prouidētia diuina cómiſſum: quo uix alius in uniuerſa Gallia ciſalpina eſt no
bilior: utpote quod ab eadé olim Gallorum gente Cómum eſt códitum: a qua & Mediolanũ & Bergomũ
& Brixiam Veronamq; & Tridentum aliaſq; nónullas urbis clariſſimas ac maximas priſci rerũ geſtaꝝ ſcri  Cómũ
ptores conditas tradidere. Quæ quidē oratio habita eſt ab eodem Fráciſco philelfo Cómi in eccleſia Cathe  Medio/
drali.xvi.Kal.decēbres anno a Natali Chriſtiano milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.  lanum

Franciſci philelfi oratio pro Theodoro plato Iureconſulto.  Bergo/ mum

f

Veratprofecto æquũ & ab oíbus mea ſententia plane concedendũ Illuſtriſſimi principes:  Brixia Verona
& uos reliqui patres grauiſſimi: ut qui in dicendi acie miles haberi poſſem nó modo uetera/  Tridētũ
nus: ſed iam oino emeritus huiuſmodi omni oratorio munere uacarem in tanta præſertim  Theodo
doctiſſimoꝝ & eloquētiſſimorũ hominum repub. Eſt enim hoc officium iuuentutis: & ro  rus plat⁹
buſtioris cuiuſdam ſeruentioriſq; ætatis. Non ingenio dũtaxat ad orandum nó eruditione:
non exercitatione eſt opus: ſed facili quadam atq; expedita linguæ mobilitate: & in celeri/
tate uerborum uoce tũ clara & ſublimi tum ſonora & piucunda. Quare ſi qua mihi ad dicendũ adiumenta
uel natura uel diſciplina uel induſtria attuliſſet: quæ tamē corporis ſunt: nó animi hæc in homine ſecundum
& ſexageſimum annum iam nato nó eſſe eadē quæ in iuuenæ fuerũt: & ipſe intelligo: & aliũ fugere puto ne/
minē. Itaq; ſi de laudbius huius præſtãtis & pdocti adoleſcentis. Theodori plati cũ pauca breui oratione p/
ſtrinxero minus fortaſſis aliqua ex parte ſatiſfaciá expectatiói de me ueſtræ: erit mãſuetudinis ueſtræ: atq; ſa/
pientiæ: id quicquid deterius fuerit: nó tam negligētiæ a qua ſemp oĩum maxime unus aborrui q̃ ætati ipſi a
ſcribere. Nãq; hoc omne qcquid eſt oneris potius quá honoris nó tam adiui q̃ admiſi quippe qui neq; Theo
doro ipſi deeſſe poterá: quo tēpore uirtutis ſtudiiq; ſui pulcherrimis donaret inſignibus: qui eſſet a me an/
tea inſtitutus oratoriis ſocraticiſq; ornatus neq; huius patri clariſſimo & ſapientiſſimo iuriſcóſulto Georgio
plato de me pſæpe quá optime merito in tãta eius lætitia obſequi nó debebá. Sed quoniá hæc oís laudatio a  Georgi⁹
legũ ac iuris & ciuilis pontificii ſapiētia proficiſcit pauca primũ de initiis ꝓgreſſuq; huius rei in mediũ refe/  platus
ram. Qui primus leges inter mortales inuenerit inſtitueritq; iudicia nó eade oĩum eſt opinio. Hebrei hunc  De legũ
Moſen fuiſſet uolũt. Athenieſes Cecropa. Argiui Phoroneũ. a cuius nomine foꝝ nó minus cómode acceptũ  inētore
reor q̃ ob eam rem ita nominatũ qđ eo lites cótrouerſiæq; ferãtur. Cretenſes Minoa atq; Rhadamantũ La/  Moſes
cedæmonii lygurgũ. Aegyptii Mercuriũ nili filiũ cui uulcãus ſucceſſit i regnũ. Perſæ uero zeroaſtrē. Nã lati/  Cecrop⁹
ni quo in legibus ferēdis: quo iuniores extiterũt eo cæteris hominibus i hoc doctrinæ genere mirifice oíbus  Argiui
pſtiterũt. Quod at ad Moſen attinet: hũc alii legũlatoré: ut philo iudæus eſt locupletiſſimus teſtis: alii ſacraꝝ  Minos
legũ interpretē ꝓdidere. Claruitq; eadē tēpeſtate apud ſuos qua cecrops apud Athēiēſes. quos cecropidas ab  Mercuri
ipſius & códitoris & legũlatoris nomie appellatos ēt cõſtãt. Et id qdē annis a mũdi creatióe tribus milli/  us
bus ſexcentis quinq̃ginta. Et phoroneũ q inacho natus regnauit argis ſecũdus ános circiter trecētos poſtea  Zeroa/
legibus argiuos ac iudicis muniſſe. Nã Rhadamãthũ & huius fratrē Minoa q Ganymedē rapuit. Europa:  ſtres
& Aſterio natos fuiſſe lóge his tribus poſteriores. Lycurgũ uero q̃s leges lacedæmóus tradidit a cretenſibus  philo
accepiſſe. At zeroaſtres rex battrianorum qui primus oĩum magicarũ illuſioné repperit: qbus fuerit tēporbus  iudæus
ſatis ea róne patet: qđ aduerſus eum Ninus rex aſſyrioꝝ dimicauit. Et ne ſim narrãdo ꝓlyxior neminē inter  phoróe⁹
legum latores inuenio: quē antiquitate Mercurio cóparē. Hũc aliis omnibus legũlatoribus q̃ lógiſſime ſupe  Ninus
riorem: idcirco ioue Maiaq; natum poetæ cecinere: q̃ & mētis acumine inguerit & prudentiſſimus fuerit.  rex
Mercuriũ.n.auctorem fuiſſe affirmant eloquentiæ quæ ex intellectu gignit & prudentia eundemq; & palæ/
ſtræ & liræ & pſtigiorum peritiam primũ tradidiſſe: ſũt etiam qui hanc laudem legum ferendaꝝ dent Eaco
Achillis auo: cuius filium Peleum cum argonautis aduerſus Cholcos nauigaſſe oſtendit Orpheus. Quãplu/  eacus
rimos pterea legimus qui cererem omnium primam extitiſſe arbitrentur ferendæ legis auctoré: quod eo argu  achilles
mēto refelli poteſt quod cererem fuiſſe conſtat annis ab initio mundi tribus millibus ſeptingentis octoginta
Sed q oēm illã ſuperioré antiquitatis omnibus Diacóis legibus pter eas quas de cede tuliſſet: ipſe leges Athe
niēſibus dedit quos ob eã róne axes nominauit: qm in ligneis axibus ſcriptæ eēnt. & floruit quidem ſoló in/
ter ſeptē græciæ ſapiētes. Olympiade quadrageſimaſeptima: uel ut alii quinq̃geſimaſexta Piſiſtrato athenis re  Olympi
gnãte. Huius ãt unius philoſophi leges adeo apud oē pene hominũ genus illuſtres atq; pclaræ ſũt hitæ: ut ne  as
Romãos quidē puduerit poſt exactos reges eaſq; leges oís penitus ſublatas q̃ prius ab ipſo uſq; Romulo la/  Romul⁹
tæ fuerant athenas mittere decē legatos: qui inclytas leges Solonis peterēt quibus romana reſp. fundaretur.
His in decem eburneas tabulas perſcriptis in Vrbemq; allatis & pro roſtris ad apertiorem uolentium pcepti

ónem poſitis:propterea duæ poſtea tabulæ Hermodoro epheſio auctore in annum proximum ex publi/
ca poteſtate adiectæ ſút:q̄ñ ad tantæ ciuitatis imperium pluribus legibus eſſet opus. Et ita leges ſunt duode
cim tabularum appellatæ. Deinde, ſecutum eſt ius ciuile. Legis actiones.ius elianum:plebiſcita quæ poſtea
lege hortenſis pro legibus habita obſeruataq; ſunt.poſt hæc ius id additum neceſſario eſt quod ſenatuſcóſul
tum nominatur. Deinceps adiecta opportune ſunt edicta prætorum:a quorum honore ius eſt appellatū ho/
norariū. At poſtremū conſtituto accepto ue illud eſt ius introductū:quod ab unius pṙcipis uolútate manás
principale uocatum eſt: Quid enim ſingillatim memorem aut de publicis aut de priuatorum legibus : quæ
priuilegia dicuntur.quid de conſularibus & tribunitiis ? quid de ſatyra? quid de iure militari? quid de iure
quiritium ? quid de conſtitutionibus? quid de prudentium reſponſis? Nulla eſt de prorſus neque legis nec
æquitatis nec iuris pars quam Romani aut legumlatores aut iurecóſulti intactam indiſcuſſamq; relinque/
rint. non enim in tot coruncanis brutis ſceuolis paulis.labeonibus.pomponiis.trebatiis.tuliis atq; aliis pro/
pe infinitis unum aut Lycurgum aut Solona iuenias. Quam.n.nunquam in uniuerſo terraꝝ orbe rempu.
excelluiſſe meminerimus: quæ cum in omnis laude uirtutis: tum maxime in ſplendore iuſtitiæ cū romanorū
imperio comparari queat. Hæc autem nó natura ſed diſciplina primum acquirit̄ :& ea quidē diſciplina: q̄
Romái nobis legum & iuris ciuilis & ſcientia ſubminiſtrat. Hæc ſane ea eſt iuſtitia quá ait Euripideſ Heſpero atq;
lucifero magis eſſe mirabilem. Hæc inquam una uirtus ita cunctis uirtutibus átecellit:ut qui eam adeptus ſit
Theodo ſolus bonitatis cognomentum adeptus exiſtimeſtur. Quare cum ornatiſſimus adoleſcens. Theodorus pla/
rus tus ab ipſa uſque pueritia quodá naturæ ducti bóitatē arderet:audiretq; quottidie hác per inſcitiam potiſſi
platus mum comparari ab eloquentiæ ſtudio qua non mediocriter ualebat ad legum & iuris ciuilis ſcientiam quaſi
ſulpitius quidam animum conuertit. Et citabat eum præterea uel paterna uel maiorum ſuorum gloria :quorū
Plato ſe diſſimilem fore monſtri ſimillimum ducebat. Non enim erat ignarus platorum familiam quæ nūc uocatur
ariſtote/ nam priſcis temporibus platonica dicta eſt a platone philoſophorum omnium maximo & grauiſſimo du/
leſ xiſſe originem. Platonem uero ipſum qui ſuo proprioq; nomine Ariſtoteles eſt referre paternum genus in co
Petrus drum regem Melanthi filium maternum autem in dropiden poetam ſolonis fratrem.at ſolona & dropiden
antóius in nileum heroa. Hinc uidere licet uim ſolertiamq; naturæ nó abſurde in poſteros etiam propagari. Vt enim
platus Theodorus ad legalis excellentiæ laudem raptus eſt Solona ſcilicet imitatus :ita huius frater Petrus Antoni
us diuino ingenio adoleſcens ad oratoriæ poeticeq; præſtantiæ gloriam impulſo quodam & tanquam ne/
Dropidſ ceſſitate naturæ: quæ a Dropide fratre ſolonis fluxerat tátо ſe ſtudio contulit : ut iam uatu maioribus
Solon illiſque doctiſſimis cum æquanduſ iudicetur. Scimus enim Dropiden eſſe ab omnibus poetam eloquē
Libri.x. tiſſimum & grauiſſimum habitum. Nam nileus adeo claruit rebus bellicis : ut inter herous numere/
derep. tur : quem etiam ipſum .,quam petrus antonius perpulchre emuletur nouiſtis omnes. Sed ut eo unde di/
libri xii uertit noſtra reuertatur oratio qualia quantuſ quæ legumulator ſolon fuerit ex iis ſatis ſuper quem arbitror:q̄
đ legibuſ a me modo narrata ſunt. De platone uero.quid attinet prædicare cuius libri decem de rep. & duodecim de
Georgiº legibus locum nullum prætermiſere:quem ad omnem iuſticiæ iuriſq; rationem pertinere uir ſapientiſſimus
platus iudicaſſe. Quam uero Theodoꝝ oportet uæhemēter accēdi atq; inflamari ad eam quam naturæ ſuoq; inſti/
F.ſphor. tuto tátope cupiebat ſcientiam cóſeq̄ndá Georgii patris nomen atq; honos erat in cauſa:quē uidebat imedio
dux lanenſi rep. præſtantiſſimis etiam iureconſultis doctrina & innocentia plurimum anteire ob eamque rē adeo
ualere & auctoritate & gratia apud diuinum principem noſtrum Franciſcum ſphortiam:ut de nemine me/
lius ſentire uir prudentiſſimus ſummuſq; uideatur. Quamobrem cum primum ſe Ticinum contuliſſet id ſtu
dii cuius gratia profectus eſt tanto labore tanta cura táta aggreditur diligentia ut intra tertium annūm ī pu/
blica repetitione: quam uocát ſcholaſtici :eam de ſe opinionem in omnium animis collocarit ut nulla ex par
te maioribus ſuis inferior futurus cenſeretur. Videmus ſane apud nónullos uſus plærunq; fieri:ut qui adole/
ſcentes aſſertam uitantur quam abutantur. Nam quod tēpus in audiendo debet legendoq; conſumi:id in lu
dis aut in commenſationibus teritūr cuꝫ magno ipſorum dedecore ingenti detrimento rei familiaris: At iſto
rum talium diſſimillimus Theodorus ne punctum quidem temporiſ omittebat quominus aut eruditiſſimos
hóeſtiſſimoſq; doctores audiret:aut legēda tractaret aut q̄ legerat & tractarat litteraꝝ móimētis cómēdaret
Eorꝫ át æq̄liū & códiſcipuloꝝ ſp cóſuetudīe uſus eſt:q aut docti & boni eſſent aut cuperent tales effici. Sci
bat.n.probos adoleſcentis ubi etiam minus improborū conſuetudine a recto animi inſtituto flecterentur:ſu
ſpitione tamen deprauati moris non uacare omnino.at eos omnis qui cæteris aut auxilium ſint aut conſiliū
allaturi non minus famæ quá iuſticiæ atq; integritatis rationem habere oportere. Conſultoribus uero in om
ni quæſtione æquæ facillimum atq; ſubtiliſſimum ſe præſtabat. Quod autem ipſe uel dicendi uel differendi
gratia quæreret:ut acute inuenerat:ita modeſtiſſime proponens mirabili artificio:ad quem finem intenderat
deducebat. Et paruicatiū oēm exoſus id ſolū q̄đ ueritatē ſaperet:ſequebatur. Spectatiſſima.n..ingenia men
dacium nullū admittūt eamq; ſibi i diſſerendo uictoriam proponi uel maximá arbitrantur:ſi a ratione nuſq̄
diuerterit. præterea q̄đ t̄ps uix aliis i audiēdo ciuili iure ſatiſ eſſe cóſueuit id Theodoruſ platus ī utroq; iure pe
nitus perdiſcendo longe prius abſoluit. Et ne id q̄dē miꝝ. Nó.n.ocioſe d̄ebebat nullas illecebres ſectabatur
nullá faciebat īrercapedinem:totus erat i audiēdo:totus i legendo.totus i ſcribendo:totus i differēdo. Quo
factū ē:ut cū quarto ſtudii ſui áno docere q̄ didicerat publice i maxima audiētium frequētia cepiſſet.ecce cū

incredibili admiratione oı̄um áno ſeptimo ex quo primũ ticinẽſem: ut ira dixerim: ariopagũ ex nr̃a mediolanenſi academia petiſſet ab oı̄bus fit: ut uidetis: digniſſimus iudicatus quẽ utraq; inſignia decorent. Sed iá me locus ipſe atq; tẽpus admonet: ut poſteaq̃ de legibus ac iure ciuili locuti ſumus: paucis ꝑcurramus de iure põtificio. Id ãt q̃ primus apud romanos inuenerit quẽ nunc Pompilio anteponá: habeo neminẽ. Ná apud alias nationes atq; ciuitates ut uarii dii i honore ſunt habiti: ita uarii ſupſtitiões ritus iuraq; fuerũt adeo ut ẽt dæmones pro diis haberent: colebat. n. ſtulta illa gẽtilitas & bonos quos opinabat & malos deos. At malos q̃dẽ ne obeſſent: bonos ãt ut ꝓdeſſent. Sed ut reuertar ab Numá. Is genere ſabinus: cũ Romulo ſucceſſiſſet in regnũ: uideretq; Romanũ populũ longa bellãdi cõſuetudine efferatũ aliud nihil malle q̃ uaſtationẽ q̃ ꝑdá q̃ interitũ: quo illũ tãdem ab ea imanitate animi diritateq; aucrteret ius põtificiũ introduxit ꝑ tripudia & ſaltatus ludoſq; ſolẽnis adhibitis ſacrificiis & carminibus: q̃bus placari numina ꝓpitiaq; reddi maximo ſtudio rex callidiſſimus pſuaſerat. Quæ q̃dẽ ſupſtitio ubi ſimul cũ imperio i dies magis magiſq; augeſceret: ea demũ ꝑ aduentũ ueri & oı̄potentis hũani generis redẽptoris chriſti optimi maximi radicitus exciſa corruit. Eſtq; tẽpeſtiue nouũ ius pontificiũ impolutũq; oblatũ q̃ a ſacris libris grauiſſimiſq; ſanctiõibus cõflatũ decreti atq; decretaliũ uoluminib⁹ ſanctiſſime cõtinet. Quæ certe oı̄a Theodorus platus non audiuit & didicit ſolũ ſed ẽt q̃ acutiſſime edidicit: & alios q̃ ſubtiliſſime & q̃ elegãtiſſime ſumma cũ laude docuit. Quæ cũ ita ſint: Reliquum ẽ ꝑclare adoleſcẽs Theodore plate ut q̃ tibi humani diuiniq; iuris ornamẽta in hoc ſacratiſſimo tẽplo in hoc religioſiſſimo die in hoc tãto & tã illuſtri ampliſſimoꝝ hoı̄um cõuentu ex ſummi atq; uniuerſi magiſtratus auctoritate corã parata intueris: accipias ea mẽte: eo aı̄o: eo cõſilio: ut oı̄a ſemꝑ & dicas & agas: & modereris pro dignitate tua maiorũq; tuoꝝ. Nec. n. ſatis eſt q̃d iuſticiã pietatẽq; didiceris: niſi eas in oı̄ rõne re præſentãs & iuſtiſſimũ te ꝓſtiteris & integerrimũ & hoı̄bus deoq; cariſſimũ. Verſet tibi aſſidue ante oculos ſapiẽtiſſimus hic & cõtinẽtiſſimus iurecõſultus Georgius pater tuus. Verſet Plato ipſe. Verſet Soloni. Verſent quotquot a Codro rege athenaꝝ & ab heroe Nileo magni & egregii uiri in omni genere & uirtutis & gloriæ. Ad hanc uſq; ætatẽ emanarunt. Et ut breuitatis gr̃a ꝓtereã inumerabilis fere nõ ſolũ utriuſq; iuris eruditiſſimos uiros ſed ẽt eq̃tes auratos & fortiſſimos belli duces & urbiũ dños ac põtifices: q̃bus polluit clariſſima domus tua: Repete memoria Maffeũ muzanum auuum maternum uiꝝ illum grauiſſimum planeq; humaniſſimum cuius prudẽtia cuius eloq̃ntia tãta fuit ut eius opa & induſtria excellentiſſimus princeps noſter relicto in apulia tot urbium tot populoꝝ opulẽtiſſimo pricipatu ad magnanimum illum ducẽ diuum Philippum ueneritꝭ cuius aduẽtum diu cõcupitum atque exoptatum q̃ti philippus fecerit ñ obſcuꝛ nec diſſimulãter oſtẽdit. Ná Maffeum q̃ eſſet cõſilii iuſticiæ ſecretari⁹ ordini ſenatorio q̃ primum aſcripſit: tãtoque ſemꝑ habuit in honore ut in maiore neminẽ. Ná q̃d ego memorẽ: q̃ta de tua & eruditiõe & ꝓbitate ſit expectatio cum apud alios uniuerſos uiros claros & ꝓpotẽtis tum apud nobiliſſimas primarias familias: q̃bus cũ tibi eſt affinitas: quoꝝ certe oı̄um opiniõi tibi nitẽdum eſt ñ mõ ut reſpõdeas: ſed ut ea mirabilter ſuperes. Veꝝ ne ſingula pſeq̃r quãta nũc tibi ad bonas actiões neceſſitas quãtum calcar eſt additũ: q̃d regina hæc noſtra diua Blãca Maria ſimul cũ ſplendidiſſimis regulis Galeacio & Hyppolyta q̃ſi latona q̃dam phœbo dianaq; oı̄a coruſcãs ſua te pſentia honorat. Quæ ſane res una longe eſt: & præcioſior & illuſtrior q̃ ciuilis pontificiiq; iuris aureum omne gemmatumq; diadema.

Gentilitas — Georgius plat⁹ — Plato — Solon — Codrus rex — Nileus — Opera Maffei muzani — Frãciſc⁹ ſphortia uẽit mediolanum — Blanca maria dux — Galeacius Maria — Hippolyta — Latona

Quæ quidem oratio habita eſt ab eodem Franciſco philelpho Papiæ in eccleſia cathedrali tertio Nonas auguſtus anno a Natali chriſtiano Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

Franciſci philelphi oratio habita Mediolani in principio ſtudii.

Anquá eloq̃ntiæ & illuſtriũ diſciplinaꝝ ſtudia ad triarios ſint redacta: reuocat miles emeritus poſt quãtũ & uigeſimũ annum i aciẽ docẽdi & ne is quidẽ inuitus: cũ intelligat huiuſmodi benignitatis munere ſe rem factuꝝ excellẽtiſſimo ſuo pricipi Galeacio Mariæ nõ gratã ſolũ ueꝝ ẽt piucundã. Si ita inſtituerit florẽtiſſimæ huius reip. iuuẽtutẽ: ut & dicẽdo & iudicando iure poſſit cũ uniuerſa Italia de gloria cõtendere. Nõ igitur cuiquã obſcuꝝ eſſe debet uiri clariſſimi & q̃d ſit noſtri ſapientiſſimi principis conſilium: & quod item meũ inſtitutũ. Cæteꝝ ea mihi moleſtia: quod nõ eadẽ uis: ac uigor tuet: atq; corroborat corporis huius iſtrumẽta: quo ingeniũ ipſũ meũ intelligẽtiaq; munit: ac pollet. Vbi. n. priſtinus ille uocis uel ſonorus cõcentus uel tẽpeſtiua cõtentio? Vbi firmitudo lateꝝ? Vbi lingue in oẽ motum uel celeritas uel facilitas? hæc oı̄a ſunt una cũ ætate magna ex ꝑte facta debiliora. At uolũtas certe beneq; ꝓmerẽdi eadẽ eſt: q̃ pri⁹: & ſapiẽdi ſtudiũ lõge uæhemẽtius. Aı̄us uero tũ infractus tũ nulli neq; ignauiæ neq; deſidiæ ſeruiẽs. Nec Dareti cedebat Entellus: nec Annibali Fabius. & bos quo laſſior eſt: eo magis cauet: & firmiorib⁹ nitit. Eniuero q̃to pulchrius eſt didiciſſe q̃ diſcere: tãto aı̄us ſenis q̃ aı̄us iuuenilis plus & uiget: & ſapit. Quo fit: ut & cõſulendo & inſtituẽdo ſenilis grauitas ueneratiõi habẽda ſit ſemꝑ peride atq; iuuẽtutis: & dux & gubernatrix. Quib⁹ ipſe ductus rationibus non ſum ueritus tertiũ iam & ſeptuageſimum: agẽs ætatis annum docendi arma reſumere: & tanq̃ Neoptolemus quidã in aciem deſcendere aduerſus iacula ſagittaſq; ignorãtiæ & inſcitiæ: breui futuꝝ ſperãs: ut gratificãdo humaniſſimo noſtro pricipi: & huberrimos & honorificos fructus his omnibus pariã: q̃ ſecum doctioris: tum etiã melioris mea induſtria reddi nõ detractauerit. Quare q̃ modeſtiſſimi adoleſcentes in hunc locum diſcendi ſtudio conueniſtis: ad audiendum animos parate. Vos autẽ cæteri uiri gra/

Galeacius Maria dux — Italia — Dares — Entellus — annibal — Fabius

niſſimi q nõ ut aliquid diſcatis:ſed uel iudicádi uel mei honorandi gratia hic adeſtis. Si æquo animo ac placi
de tuleritis quæ ad me paucis diſſerent̃ .ꝑ magnas ſim ꝑfecto uobis & immortalis gratias habiturus. Núc ue
ro ne ſinius dicẽdi prolyxiores quá uel perſonaꝝ dignitas uel tẽporis breuitas patitur:ad eoꝝ declarationẽ
noſtra omnis ſe cõuertat oratio q̃ in politicoꝝ libris ab Ariſtotele eruditiſſimo eloq̃ntiſſimoq; philoſopho
tractata diuinitus atq; perſcripta ſunt.

Franciſci Philelphi oratio ad Siſtum quartum pont. maximum.

q

Vam mihi ꝑfecto mirificá animi lætitiá affert cõcupita diu atq; exoptata ſanctitatis tuæ ꝑ
ſentia pater beatiſſime.hanc non mediocriter offendit importuna hæc uocis raucitas:quá
partim itineris difficultas partim aſpitas hyemis ítulit hoĩ ſeni utpote iá ahenti ſeptimum
atq; ſeptuageſimũ ætatis annũ.Qua q̃dẽ ĩcõmoditate fit:ut quo ut me oportuiſſet in agẽ/
dis tibi gratiis ornatu dicẽdi pro tãta tua ĩ me benificẽtia:qua ſim accerſitus ĩ hoc domicili
um orbis terræ.quo reliquũ uitæ meæ exerceá ĩ laudẽ oĩpotentis dei ac tuæ beatitudinis:eo
in pſentia cogar abſtiere.Sed recreat me:ac bono aĩo eſſe iubet ſingularis tua ſũmaq; ſapien
tia: q nihil temere nihil incõſulto:ſed oĩa potius pro rõe & recto animi iudicio metiaris:cõſideres:modereris
Quo factũ iri exiſtimo:ut eum ẽt imiteris:cuius expſſum quoddá & uiuũ & ſimulacrũ:eiuſdẽq; uices ĩ terris
ſanctiſſime atq; innocẽtiſſime repræſentas. Vt.n.ille ſeipſũ donás ſola beneficẽtia:cuius partes ſecundũ Am/
broſiũ beniuolẽtia liberalitaſq; ſunt redemit uniuerſũ humanũ genus:qđ perierat:ita ẽt tu pater beatiſſime ꝑ
caritate diuinitus tibi ingenita hac benignitate pontificali cũ me mihi reſtitues:tũ uocem illá priſtiná ac ſono
rá efficies ẽt clariorẽ.Pro át tali tãtoq; beneficio:q̃s tibi tandẽ grãs ſim acturus? eas certe q̃bus tibi ſapientiſſi
mo reipublicæ chriſtianæ antiſtiti gratias offerri nihil q̃at.Ad quas deniq;? alacre atq; ſynceră animi gratitu/
dinẽ:q̃ una uirtus quá ſit pulcra quãtiq; faciunda:uel eo ꝓbatur argumẽto:qđ primus ille angelus impietatis
Angeluſ filius ſola ingratitudine corruit ꝑceps ex illa cæleſti ſublimitate in tenebras ſempiternas. Ná ſi gratus eẽ uolu/
Supbia iſſet:ſi accepti memor beneficii:neq; inuidiſſet creatori ſuo:nec in diram illá ſceleratáq; ſapbiá exarſiſſet.Mea
uero animi gratitudo ea futura ſit:ut tuũ diuinũ nomẽ quod ſua natura ſplẽdiſſimũ eſt:ſplẽdore ẽt orationis
tam grææ q̃ latinæ eodẽq; & carmine & oratione ſoluta:id qđ alius ex hoĩbus noſtris pſtare nemo põt:quá
tum uel anniti ingenio.uel doctrina efficere diligẽtiaq; potero:tráſfundá in oẽm poſteritatẽ. & ita tráſfundá
ut nulla ſit hominũ ætas illud obſcuratura. Nõ.n.ea hũana gloria appetẽda nõ eſt:q̃ per optimas actiones ſe
diuine gloriæ ſimilẽ reddi.:tum oĩa hoĩum bõa a diuinis bonis profluát ſit neceſſe. Interea uero tẽporis clæ
mentiá tuam rogare:orare:obſecrare.obteſtariq; nõ deſinam:ut hunc humillimũ ſeruum tuũ ut omni fide &
obſeruãtia tibi deditiſſimum ita commendatiſſimum habeas:ſiquidem putas nullum apud me beneficium tu
um intermoriturum.

Franciſci Philelphi oratio habita in principio quæſtionum tuſculanarum.M.Tullii Ciceronis in ſtudio
urbis Romæ.

Tironeſ

q

Vi tirones primũ in caſtra uenerint:ne reꝝ bellicaꝝ imperiti oĩno poſſint exiſtimari:con/
ſuerunt ea intra uallũ repræſentare:q̃ in dimicãdi arte didiciſſent. Et ita cũ mira q̃dam cor
poris agilitate núc exiliẽtes reſilienteſq; núc procedentes audentius.nunc in pede ſe referẽ
tes per oẽm motũ geſtũq; mẽbroꝝ aut enſem in uarias uibrãdo coruſcãdoq; partis:aut ha
ſtam ultro citroque in multiplices ictus cõcutiendo pſpicuũ afferre argumentũ cum uiriũ
ſuaꝝ ad alacriter ſtrenueque pugnãdum tũ etiá fiduciæ ad uincendum. At milites ueterani
uiri clariſſimi q in húc locũ conueniſtis honorãdi mei potius:ut exiſtimo:q̃ audiẽdi gratia
ut ſunt diu ac multũ exercitari fortiſſime ꝑ pulcherrima q̃pluriumaq; facinora:nihil huiuſmodi facere aggredi
untur:ſed tãtiſper quietẽ agunt:donec deſcendat̃ in aciẽ. Quo ubi uẽtum eſt:& itur in pugná:nõ ſecus ac leo
nes marmarici q uocant̃ in haſtẽ obuiaꝗ illico ferunt̃ tãta ui tanto impetu tãto robore ac turbine:ut nuſq̃ ni
ſi parta uictoria congeſcát. Idem mihi quodámodo ii facere ſoliti uident̃:q nuꝑ in docendi q̃ſi aciem profe
Conſue ſturi prius q̃ de reꝝ magnitudine atq; ſplẽdore:quaꝝ ſe interptes haberi uolunt:q̃cq̃ laude dignũ in mediũ ef
tudo ferant:tpſ fere omne cõſumunt:ut ſunt iuuenes ĩ elegãtiſſimo quodá oratiõis apparatu. De rebus át ipſis uix
Exerci/ aliq̃d pro auditoꝝ utilitate attingẽtes. Quá ego cõſuetudinẽ etſi minime rephendo:cũ ſit tum ea ætate tũ pri
tatio ma exercitatione minime indigna nõ ſatis tñ eos cũ illis cõuenire ſemp exiſtimaui:qui in dicẽdi docẽdiq; cur
riculo q diutiſſime uerſati reꝝ debent grauiſſimaꝝ potiuſq; fucatæ cuiuſquá orationis ad demulcẽdas audiẽ
tium auris habere rationẽ. Quod ſi alteri cuiq̃ eſt cõſiderandũ tum mihi potiſſimũ q ætatis iam annũ agẽs ſe
ptimũ ac ſeptuageſimũ : tandiu ſum in oĩ orationis genere ꝑ uniuerſá ꝑpemodũ exercitatus Italiá in maxi/
Romu mis & ampliſſimis ciuitatibus eiſdemq; primariis:ut dici iure poſſim in huiuſmodi ſtudioꝝ certamine miles
lus nõ mõ ueteranus ſed ĩdubitato ẽt emeritus & ita emeritus:ut muſaꝝ tẽplo arma uictricia perinde quaſi Ro
Iuppi/ mulus q̃ſpiam Ioui feretrio iápridẽ obtulerim. In pſentia uero tãquá in aciem accerſitus atq; reuocatus a Sá
ter fere/ ctiſſimo & eodẽ in oĩ laude nobiliſſimæ diſciplinæ & exq̃ſitiſſime erudi̇tionis ſapiẽtiſſimo dño noſtro Si/
trius ſto q̃rto totius reip.xpianæ pontifice maximo atq; optimo ad Iuuentutẽ inſtituendá in hoc domicilio orbis
Siſt⁹ q̃r terræ hũanitatis artib⁹:q̃ aliud nihil eſt q̃ totius uitæ morũq; diſciplina:quẽ oĩum magis imitari debeo q̃ tan
tus põt. ti põtificis ſummá ſapientiá? Ex illius.n.ore nihil ꝑdit oĩno.qđ minus ſit quadá mirifica grauitate excultaq;
maxi. doctrina ꝑceptiſq; iis refertũ:quæ tam ad bene beateq; uiuendũ q̃ ad oẽm honeſtatẽ & dignitatẽ pertinẽt. Ac

cedit ad rem quod eſſe Romanæ nonnullos audio.qui uiri diſertiſſimi nullú quottidie ꝑtermittunt luculen
tiſſimæ dictionis ornatú.quo & delectent eos.qui audiunt & agant ad oém aiorú aut motú aut ét quietem.
Quæ de tribus reliq̃ tribus pars in docédo uerſatur.quæq; & meæ eſt dignitatis.& ad iterpræetationem q̃ſtio
num tuſculanaꝝ.M.Tul.Ciceronis ſpectat maxime í ea tractanda nullú meú:ut ſpero:deſiderabitis officiú
Quare ad audiédú aíos parate:De reb⁹.n.altiſſimis & cognitióe digniſſimis í his qnq; libris quos ſumus ex
poſituri:quá cumulatiſſime ſimul & quá diligétiſſime ſcripſit Cicero.Rőæ pridie idus Iáuarias.M.cccclxxv.

M.Tul. Cicero queſtio nes tu/ ſculanæ

Franciſci Philelphi oratio de ſuo in urbem reditu Ad Siſtum Quartum pontificem maximum.

q
Vanta ſit in obſeruatione ꝓmiſſæ fidei grauitas quáta ueneratio cóſtituta:pót uel eo argu
méto non difficulter aíaduerti pater beatiſſime:q̃d religio uniuerſa & ſanctimonia chri/
ſtiana in ſola fide fundata é:& eá quidé fidé quæ in cóuentis atq; pro miſſis conſiderať:ic
circo arbitrátur uiri docti & diligétes hoc appellatá nomine:quoniá ꝑ illá q̃ promiſſa fue
rint:fieri oporteat.Nó igitur abſurde quo fidé eam ípollute ſeruaré q hinc Mediolanum
repetens adducédæ familiæ meæ gr̃a me abſtrinxerá tuæ beatitudini:ecce ut uides:redii có
téptis cæteris rebus oíbus & publicis & priuatis.Fateor equidé ſerius me rediſſe q̃ putará.

Fides

Medio lanum

Quod certe nulla mea uel negligétia uel culpa alia factú eſt:ſed aut diuina q̃dá prouidentia:cui aduerſari ne
mini licet:aut malignitate fortunæ:ſi quá tandé fortuná eé dixerimus:q̃ q̃d nefas eſt credere:potior ſit diuío
iudicio nobis:ſane occulto:ſed eo plane & ícómutabili & oí certitudine certiore.At auſim affirmare pater
clæmentiſſime p multa mihi fuiſſe impediméto.quo ſerius fungi officio meo querim.& primú qdé repenti
nus.ut cætera miſſa faciá.duoꝝ meoꝝ liberoꝝ caſus mihiq; ꝓ húanæ íbecillitatis códitione admodú moleſt⁹
qppe q ꝑ dieꝝ paucoꝝ interuallú uitá deſeruere ꝑclaræ illi qdé indolis ífantes & magnæ ſpei.Agebát.n.æta
tis annú alter ſeptimú alter octauú:cú & uigerent:& ſaperét lóge magis q̃ pueri.Ex quoꝝ inopinato celeriq;
obitu miſera mater mihiq; cariſſima tátú aío doloré mæroréq; concepit:ut in uæhemétiſſimá ægrotationé in
ciderit.De cuius breui recupanda ualitudine cú eruditiſſimi prudentiſſimiq; medici mihi ſuaderent:coactus
ſum euetú rei expectare:ut nó inanis oíno reuertiſſe Mediolanú poſſem exiſtimari.Quæ.n.alia cá eo me re/
uocarat:q̃ ut uxoré & filios reliquáq; familiá mecú ad urbé duceré:ubi ſub xp̃o meo Siſto q̃rto pontifice ma
ximo:uitá oém eſſe acturus?Sed oh q̃ uarii q̃ incerti q̃ mutabiles ſunt caſus humanæ hui⁹ naturæ:q̃ miſerabi
lis códitio noſtra oís.Cú uiſa iá foret uxor cóualuiſſe:meq; itinere accingeré:uel potius iá eſſem í itinere:no
ua calamitas ſupuenit.Illa.n.exceptis intra ꝑcordia penitus acerbiſſimis illis filioꝝ amiſſoꝝ uulneribus cú
diutius ea ppeti nó poſſet repéte pp abortiuú partú.qué ante illoꝝ obitú paſſa fuerat:ita uexata ita examia/
ta eſt:ut morti ipſi ꝓpe cócederet.Quæ qdé oía aliaq; q̃plurima mecú ipſe uolutás aío ſtatui potius eſſe redi
re ſolus:ut antea ſolus uenerá:quá ſi diutius differé.aut írá diuiná aduerſus me cócitaré:tanq̃ oía uellé ꝓ me
is optatis cóſeq:aut tuæ ſúmæ ſapiétiæ ſuſpitioné afferré uiolatæ fidei:qua ipſa apud me nihil é nec antiqui⁹
nec ſanctius.Adſum igitur pater beatiſſime ea facturus oía:q̃ uel ipſe iuſſeris:uel tibi grata fore animaduer/
tero.Nam ego tibi & ſacroſanctæ Romanæ eccleſie me & uiuum & mortuum dedicaui ac deuoui.

Cæſar Frederi cus aga/ thus Laura magda/ lena Siſt⁹ q̃r tus pót. maxi.

Franciſci Philelphi ad Iacobum Antonium Marcellum patricium Venetum & equitem auratum de obi
tu Valerii filii conſolatio.

c
VPIENTI MIHI Aliqd ad te ſcribere Iacobe Antoni Marcelle quo tuus acerbiſſimus
mæror ille qué ex inopinato & ímaturo obitu Valerii dilectiſſimi filii aío conceperas:aut
tollereť oíno:aut magna ex parte leuareť:eo difficilius cóſolationis genus é oblatú.q̃d pa
ris ægritudinis ſoci⁹ accedés ñ minus ipſe cóſoládus uidear:q̃ te cóſolaturus.Quod.n.có
ſiliú cui quá ſit daturus.q ſibi uix poſſit?Qua ſpe alteri medeať.q ipſe in morbo ſit?Sú e/
qdé eodé,quoq; tráſſixus uulnere.quo te uideo laborare.Erat.n.mihi puer mirabili ídole
Olympus Gelli⁹.q natо tertio Idus apriles áno a natali xp̃iano mileſimo q̃dringéteſimo
qnq̃geſimo tertio cú nódum ípleſſet octauú annú.ea & loquebať.& ſapiebat.q̃ uix adultæ.aut ét grádioris
ætatis ſolét.Nihil leue præ ſe ferebat.nihil cótẽnendú.Vrbanis erat & cópoſitis morib⁹.Ingenio acri & fæ/
cundo & ſplédido.Lingua ad oém celeritatis ad oém motus cóuenientiá expedita.Voce clara facili & ſono
ra.aſpectu miti & grato.Ea cópactióe aptitudieq; mébroꝝ.q̃ & ſtrenuitaté referret & robur.Et ne curioſi⁹
cuncta ſingillatim pſeq̃r.talis erat Olymp⁹ meus.ut in eo oía naturæ ad ꝓbitaté adminicula ineſſe uidereť.
Quid.n.memoré.q̃ eét in me obſeruátia?quo cultu?q̃ pietate?Quá oíbus in reb⁹ ſtuderet paternæ uel inſti
tutióí uel uolútati ñ min⁹ obſeq q̃ parere.Hic mihi iucúdiſſim⁹ tantæq; ſpei fili⁹ nuper ad octauú idus Mar
tias depoſitú q̃d accepat uſurariú:repetéti deo optimo maxío ñ mó reddidit.ſed ita grato aío ita libéter red
didit.ut ñ uita excedere ſed í ſempiternæ atq; beatæ uitæ domiciliú ſeſe cómigratuꝝ & cóſtáti ſermóe & uul
tus tráq̃llitate hilaris quodámó ac læt⁹ certo credere ſignificaret.Quid aí tú mihi fuiſſe putas.cú repéte illum
inter loq̃ndú ſimul cú uoce ſpirit⁹ defecit?Nó potui eq̃dé q̃d fragilitatis és naturæq; húanæ.in tá recéti táq;
inopinata luct⁹ acerbitate ñ cómoueri aío.cú eodé tpis puncto qué tá ueheméter diligeré.& uiuú intuerer &
mortuú.Itaq; ubi cogitabund⁹ ac ſubtriſtis aliquádiu ſiluiſſé.tádé ñ ſine gemitu erupi in hæc uerba.Quá mi
ſerabilis é húana códitio.Quá ridédi cogitatus nr̃i.Quá ſtulta cóſilia.Quá uanitatis plena ſunt oía.Nihil é
certi in hominú uita.nihil cóſtátis.nihil diuturni.oés ſpes nr̃a inanis é.Oé uotú fruſtra.Quid de te mihi fili
dulciſſime ñ ꝓponebá?nó pollicebar?nó futuꝝ exiſtimabá?Gratiſſima tua ꝑſentia iucúdiſſimoq; affatu la

Iacobus Antoni us mar/ cellus

Olym/ pus gelius

uabam curas:oblectabā aīum:neq; ipſe mihi totū uēdicabā.Quē ſenectutis m̄eæ bacculū.ac ꝑſidiū fore arbi
trabar.en exanimū ſubito nullūq; aſpicio.Heu me miſeꝝ atq; infelicē . Sic me Olympe dilectiſſime deſeris?
Sic deſtituis patrē ſenē.O ineuitabilē noſtrā neceſſitatē.O ferreū atq; inexhorabile hūanæ legis iudiciū : qđ
nullis ꝑcibꝰ nullis ꝑmiis:nulla ui neq; mutari nec flecti ꝑt.Hæc paucis q̄ſtus illico rediēs ad me totꝰ cœpi me
tacitus mecū cogitare:ac me paulatim leuitatis arguere qđ ea eſſē īprudētia:ut neſcirē:& q̄ lege nati eſſemus
oēs & quātū & quodq; dolēdum foret:aut n̄ dolendū.Cōtinuoq; ita cogitāti mihi ea uenerunt in mentem:
Menander Trophimus — quæ græce apud Menandrum dicta ſunt in Trophimum.Sed ea referantur a me latinæ.

Si lege natus Trophime tu fores ea:
Vt omnia ad uotum tibi? quæ uelles.fluerent.
Et id deorum aliquis recepiſſet tibi:
Recte doleas quidem:feſellit enim fidem:
Ac fecit abſurde.ſed iiſdem legibus
Commune quoniam tu quoq;? quibus nos alii.
Cælum hauſeris.ut audentius tecum loquar.
Ferenda ſunt hæc fortius.& animo ſimul.
Voluenda graui quæ dico.paucis accipe
Homo es & ob id mutabilis quidem citius:
Res admiſeras.rurſuſq; animal nullum mala
Admittit ultro.iureq; id ſane.quoniam.
Natura quem tulit imbecillum.maximis
Se rebus is fulcit.cadens igitur bona
Quamplurima conterit.ipſe uero nunc Trophime
Neq; admodum orbatus bonis ex eximiis
Nam ſunt tibi nunc.mediocria quidem mala.

Mediocriter igit̄ tibi qđ deeſt.feras.His igitur Menādri uerſibus primū admonitꝰ.& q̄ eſſet naturæ lex.
& q̄ hoīs infirmitas.& quāti qđ accidit incōmodi.faciundū ſit.& quō ferēdū.deinde ad ualidiora rōnis re
media auxiliaq; cōuerſus ita ſum iis & adiutus & cōfirmatus.ut intelligā plane mihi mali eueniſſe nihil. qđ
Olympū meū quo ne uitā qdē ducebā cariorē.nō tam morte amiſerim.Hæc āt q̄lia fuerint. in te cōſolando
breuiter oſtendā:Neq;.n.futuꝝ uereor.quo minꝰ rōni malis q̄ ꝑturbationi obtēperare.Noui magnitudinē
animi tui.noui prudētiā.noui grauitatē.Facile ut es maximo ſplēdidiſſimoq; ingenio. reuocabis uim animi
a ſenſuū ībecillitate.& nō qd indocti ſed qd uiri ſapiētiſſimi ſentiāt.cogitabis.Nec ſane cōmiſſurꝰ ſis.ut poſt
tot tibi.ac tāta res pulcherrime geſtas patiaris clariſſimū nomē tuū ulla uel īconſtātiæ uel moliciæ nebula ob
duci.Erat tibi Valerius filiꝰ cū formæ ꝑſtātia tū animi robore acrimōiaq; īgenii & elegātia moꝝ tui admodū
chrema — ſimilis.Hic a p̄ria uſq; īfātia q̄lis futurꝰ eēt.nullis aut ꝑceptis aut admōitionibꝰ:ſed ſola naturæ ꝓbitate ſuaq;
adductus certiſſima ſigna dedit.Aberas tu Chremæ ꝑtor:cū tibi nūcius ē allatus de infante nato.Quod ipſe
audiēs tāta uoluptate aī affectꝰ ꝓhiberis ut ex oris hilaritate admirationē iniiceres circunſtātibꝰ.Ineſt ſane in
aīs nr̄is diuina uis q̄dā:q̄ ſupra corporis ſenſus ꝑmulta ex ſeſe & intelligit & uidet:q̄ nos plerūq; ne cogitamꝰ
qdē.At primū de nato tibi infāte nunciū tantā de illius futura ꝓbitate:ſpem cōceperas:ut tibi magnū ad feli
ei aliqñ occurriſſet adoleſcens: quẽ amanter quidã ſeq̃bat̃: ruboreq; adoleſcens: ille ꝓfunderetur: cum talibus Hippo-
ait: incedendum eſt: quibus cum uiſus eundem ſis colorem ſeruaturus. cratidas
Allicratidas claſſis præfectus cum a Lyſandri amicis rogaret̃: ut unũ quẽdã ex inimicoꝝ nũero ene- Caria
c candũ ſibi aſſentiret̃: & qnquaginta ipſe talẽta acciperet: & ſi uæhemẽter ei pecuniis ad nautaꝝ ob Callicra
ſonia opus erat: haud tñ cõceſſit. Et cũ Cleãder cõſiliariꝰ dixiſſet: at eqdẽ accepiſſem ſi tu fuiſſem: re- tidas
ſpõdit: &. n. ego quoq;: ſi tu eſſẽ. Idẽ cum ueniſſet Ad Cyꝝ iuniorẽ ſardis: erat. n. Cyrus lacedæmonioꝝ ſo- Lyſãder
cius: ob claſſis pecunias primo die nũciari iuſſit adire ſe Cyꝝ uelle. Quẽ ubi bibere audiuit operiar inqt quo Cleãder
ad biberit. atq; tunc qdẽ ne inurbanior uideret̃. abiit: poſteaquã accepiſſet nequaq̃ fieri poſſe. ut die illo cũ cõ Cyrus iu
ueniret. poſtridie uero cũ eũ rurſum bibere audiit. ac ſe minime admitti. ubi dixiſſet nõ ita ſtudẽdũ eſſe accipi nior
endis pecũiis. ut qcquã foret ĩdignũ ſparta faciundũ: Epheſum abiit, multa iis mala imꝓcatus. q a barbaris pri Sardis
mi eſſent in deliciis habiti. ac illis q eos docuiſſent cõtumeliã ac ꝓbum ob diuitias pati. Iurabatq; ad aſtantis Epheſus;
ſe cũ primum ſpartã ꝑuenerit. factuꝝ oia pro libertate græcoꝝ quo & maiori terrori barbaris forent. & ceſſa
rent orare illoꝝ uires. q̃bus ipſi inuicẽ utantur. Interrogatus ẽt q̃les uiri eſſent Iones. ſerui inqt boni ſunt. libe
ri ãt mali. Et cum a Cyro ſtipẽdium militibꝰ ꝓmitteret̃: ad ipſum ãt munera. ſtipẽdium ſolũ accepit. mũera re Ioues
miſit ingens haud oportere priuatã ei amicitiã ſecũ eſſe ſed q̃ cum oibus lacedæmoniis cõmunis eẽt ſecũ etiã Cyrus
exiſtere. Idem cũ ad arginuſas foret claſſe dimicaturꝰ. dixiſſetq; hermon gubernator bonũ eſſe inde abnaui-
gare. nam triremes atheniẽſium eẽ multo pluris. inqt & quid nã hoc? at fuga cum turpis eſt tum ſpartæ detri- arginuſæ
mentoſa: ueꝝ manendo uel mori uel uincere eſt optimũ. Ad hæc factis ſacrificiis cum audiſſet ex augure ſcin- Hermon
tillis portendi uictoriã exercitui. imperatori ãt mortẽ. nihil deterius ait. nõ præter unum ſpartæ. Nã me mor
tuo nihilo erit patria deterior: ſed cedente hoſtibus deterior eſt futura. Itaq; pro ſe declarato Cleandro duce
adortus nauali pugna præliando interit. Cleom-
c Leombrotus Pauſaniæ filius cum peregrinus quidam cum eius ꝑatre de uirtute cõtenderet: hucuſq; brotus
ait. te pater eſt melior donec etiam tu genueris. Cleome
Leomenes anaxãdridæ filius homeꝝ aiebat lacedæmonioꝝ poetã eſſe. at Heſiodum helotum atq; nes
c ſeruoꝝ. Nã alteꝝ rei bellicæ alteꝝ agriculturæ præcepta reliquiſſe. Idem cũ feciſſet dieꝝ ſeptẽ cũ ar Homerꝰ
giuis inducias ſeruato tpe eos qm̃ fœderibus fiderent. dormiẽtis tertia nocte adortus alios interemit: heſiodus argiui

alios egit in ſeruitutem. Cum uero obiurgaretur quod iuſiurandũ tranſgreſſus eſſet. aiebat ad dierum iuſiu/
randũ minime noctes addidiſſe: ac maxime qđ quoquo qs malo hoſtes affecerit: id tũ apud deos: tum apud
hoĩes cã putari iudicioq; antiquus. Veꝝ ipſe argis cui⁹ urbis grã fœdera fregerat: fruſtrat⁹ eſt: qm̃ mulieres iis q̃
a ſacris arma detraherent: ſumpſere de ipſo ultionẽ. Et ad poſtremũ capt⁹ mẽte paruo abrepto gladio ſe ipſe i
cidit a pedũ iuncturis in fœtalia uſq; loca: uitamq; reliq̃t ridens atq; lœtabund⁹. Et cũ uates diſſuaderet exer/
citũ in argiuoꝝ urbẽ duci: redditũ. n. futuꝝ turpẽ: ubi ad urbẽ acceſſiſſet: uidiſſetq; tũ portas clauſas tum mu
lieres in muris ſtãtes. hic tibi ait reditus turpis uidet̃ eſſe in quo uiris mortuis uxores portas clauſerunt. Idẽ ad
argiuos eũ cõuitiis obiurgãtes tãquã periuꝝ & impiũ. Maledicẽdi inq̃t mihi uobis ius ẽ: mihi uero uos male
afficiẽdi. Samioꝝ ãt legati cũ eũ rogarent: ut aduerſus Polycraten tyrãnum bellũ gereret: obidq; lõgiore ora
Samii tiõe uterent̃: ex oratiõe inq̃t ueſtra: q̃ qdẽ ab initio dixeritis: haud memini. Propterea uero neq; media intelli
go: ſummã ãt nequaquã ꝓbo. Prædo inſup cũ in lacedæmonioꝝ agrũ feciſſet incurſum: diceretq; ubi captus
eſt: id propterea ẽ a me factitatũ: qm̃ alimentũ qđ pƀerẽ militib⁹ nõ habebã. Itaq; ad eos q haberẽt nec ſpon/
te darent: ablatur⁹ ueni p deos inq̃t malicia celer eſt. Atqui nequã hõ quiſpiã cũ maledictis eũ honoraret: cer/
te ꝓpterea inq̃t in oẽs ipſe maledicis: quo reſpondentes nõ ſatis tẽporis habeamus de tuo uitio loq̃ndi. Et cũ
ex ciuib⁹ quidã diceret oportere bonũ regẽ mitiſſimũ prorſus eẽt Ita inquit: qđ cõtẽptui non ſit. Idem cum i
longã ægrotationẽ traheret̃: expiatoribuſq; ac uatib⁹ fidẽ quã minus antea cõſueuerat: adhiberet: ob idq; qui
ſpiã miraretur: q̃d miraris inq̃t? Nõ. n. idem nunc ſũ: q tunc erã. Cũ ergo idem nõ ſum: nec eadẽ etiã probo.
Ad hæc cũ ſophiſta q̃dã de fortitudine plurima uerba faceret: riſit is quidẽ. Dicente ãt ſophiſta q̃d rides Cleo
menes: cũ & me de fortitudine dicẽte: audias. & ipſe rex ſis: qm̃ inq̃t o hoſpes ſi irundo quoq; de fortitudine
loq̃ret̃: idem hoc facerẽ. Sin ãt aquilæ oratio eẽt: uæhemẽter q̃eſcerẽ. Argiuis quoq; dicẽtib⁹ priorẽ conflictũ
rurſus eũ pugnatuꝝ: miror inq̃t ſi triũ ſyllabaꝝ additione meliores nunc eſtis quã antea fueritis. Atq; cũ qui
ſpiã in eũ cõuicio uteret̃ diceretq;: delicat⁹ es o cleomenes: at meli⁹ eſt inq̃t q̃ iniuſtũ eſſe: ueꝝ tu pecuniaꝝ es
ſtudioſus: & ſi tibi abũde eæ ſunt. Et cũ pſaltẽ ei cõmẽdare qs uellet cũ allas uiꝝ laudaret tũ pſaltẽ eum eẽ græ
coꝝ optimũ dicebat: hic ãt quopiã ex iis q prope aderãt: oſtenſo: p deos inq̃t hic eſt apud me faciũdi iuris ar
Mæãder tifex oĩum optim⁹. Præterea cũ Mæander ſami tyrãnus ob pſaꝝ impetũ ad ſpartã fugiſſet: oſtẽtaſſetq; q̃cũq;
aduexerat: aureaq; & argẽtea pocula: & quot uellet: elargiret̃: nõ ſolũ nullũ accipit: ſed ẽt ueritus ne inter ali
os quoſdã oppidanos diſtribueret ad ephoros ꝓfectus meli⁹ ait ſparte eſſe: ut ſuus hoſpes ſamius e pelopon
neſo abiret: ne illius ſuaſionib⁹ ſpartiataꝝ aliq̃s malus efficeret̃: ii uero optẽperantes Mæandrũ eodẽ die pro
clamantes expulerunt. Inſup cũ qs dixiſſet: cur argiuos q ſæpius uobis cũ bello contẽdunt nõ e medio poſt ui
ctoriã ſuſtuliſtis? Quoniã ſi e medio ſuſtuliſſemus inq̃t: nõ haberemus q iuuentutẽ tanquã exercerent. Idẽ cũ
quis ꝑcunctaret̃: quãobrem ſpartiatæ hoſtiũ ſpolia diis nõ offerent: quoniam inquit a timidis ſunt.

Cleomenes c Leomenes cleõbroti fili⁹ cũ ei gallos pugnaces quis daret diceretq; eos eſſe eiuſmodi: q pro uictoria
pugnãdo interirent: ꝓpterea inquit ex iis mihi aliquos dato. q interimant. illi. n. ſunt hiſce meliores.

Labotus l Abotus cũ quis longiore oratiõe uteret̃: ait: Quid mihi pro paruis rebus magna facis ſacrificia? Nã
quantum rei ſat fuerit: tantum tibi dicendum eſt.

leotychidas l Eotychidas ille primus cũ a quopiã eẽ facile mutabilis diceret̃: pp tẽpora inquit: nõ queadmodum
uos eſtis ob ueſtrũ ipſoꝝ uitiũ. Ad eum uero qui interrogabat: qm̃ quis pacto maxime pſentia bona
tueatur: Reſpõdit: ſi nõ oĩa fortunæ crediderit. interrogatus quoq; q̃d maxime liberis pueris diſcen
dum eẽt: ea inq̃t: quæq; ſint eis cũ in uiros uenerint: profutura. idẽ ꝑcunctante quopiã quã ob cauſã minimo
ſpartiatæ potu uterent̃: inquit: ne pro nobis alii ſed pro aliis ipſi conſultemus.

leotychidas l Eotychidas ariſtonis filius cũ qs dixiſſet demarati familiares in eũ male dicere. p deos inq̃t nequaquã
miror. Nam bene dicere nemo iſtoꝝ poſſit. Ad propinquiorem ãt portam cum draco eſſet claui ad
uolutus: uateſq; prodigium eſſe affirmarent: minime id mihi quidem uidetur: inquit. At ſi clauis dra
coni eſſet aduoluta: prodigium foret. Et ad Philippum tenebrarum myſteriorum cultorẽ q uæhementiſſima
mendicitate premeretur: ac diceret tñ fore: ut ii qui apud ſe diſciplinæ myſticæ operã dediſſent: felicitatẽ poſt
mortem conſequerentur. Quidnã ergo ait: o fatue non quamprimũ moreris: quo a miſeriæ flætu pauptatiſq;
quieſcas? Cum quis autem eſſet percunctatus: cur hoſtium arma diis immortalibus non offerent: quoniã in/
quit quæ ob poſſeſſorum timiditatẽ uenati ſumus: nec a iuuentute uideri nec diis offerri decet.

Leon l Eon eurycratidæ filius interrogatus qua quis urbem habitans tuto habitarit: ubi inquit neq; plura in
colentes poſſidebunt neq; pauciora: & ubi ius firmitatem roburq; accipiet: iniuria uero infirmitatẽ
ac imbecillitatem. Atq; in olympia cum curſores intueretur: qui ut emitterentur feſtinarent: idq; quo
plus lucri aſſequerentur: quanto ait magis pro uelocitate quam pro iuſticia curſores ſtudent. idem cum quis
de rebus haud inutilibus uerba feciſſet intempeſtiue. Non opportune hoſpes inquit: opportuno uteris.

leonidas ſ Eonidas anaxandridæ filius & cleomenis frater ad quẽdam qui dixiſſet: præter regiam dignitatem
alio nihil nobis præſtas: at ni uobis inquit: melior extitiſſem: dignitatem regiam adeptus non eſſẽ: Et
cum uxor gorgo percunctaretur: quo tempore ad thermophylas cum perſis pugnaturus egrediebat̃:
Gorgo ſi quid ſibi præciperet: inquit: ut & bonis nubas & bona parias pignora. Dicentibus autem ephoris eum pau
Thermophyle cos ſecum ducere ad thermophylas: haud inquit: paucos ad quod proficiſimur negotium. iterum cum ii dixiſ
ſent: nunquid aliud facere decreuiſti? quid nam inquit: aliud quam barbarorum trãſitus uerbo impediturus:

re uero pro græcis interiturus? Atqui in thermophylis cum iam eſſet:ait ad commilitones:dicunt barbarum
in proximo eſſe quare tempus non eſt terēdum.iam.n.aut uinci a nobis barbaros aut nos mori libet.Et quo
piam dicente a barbarorum ſagittarum ictibus neq; ſolem ipſum intueri licere:propterea inquit eo id gratiꝰ:
quod ſub umbram cum iis pugnabimus.idem cum alius dixiſſet.adſunt prope nos.ergo inquit nos quoque
prope illos adſumus.ad hæc cum quis dixiſſet o leōida aduerſus multos cum paucis dimicaturus ades. Si me
inquit multitudini fidere exiſtimatis.ne omnis quidem græcia ſatis eſt.breuis enim pars eſt pro illorum mul
titudine.ſin autem uirtutibus uel hic numerus ſatis eſt.alio uero eadem dicente attamen inquit multos me cū
traho ut morituros.Præterea cum xerxes ſcripſiſſet.licet tibi ubi mecum inſtitui q̄ cum deo pugnarē malis ha
bere græciæ principatum.reſcripſit leonidas.Si quæ in uita honeſta ſunt cognoſceres.abſtineres.profecto ab
alienarum rerum cupiditate.apud me uero longe plus ualet mors ipſa pro ſalute græciæ. q̄ principatus ī græ
cos.Rurſum cum xerxes ſcripſiſſet.Mitte ad me arma.reſcripſit. Veni.& accipe. Et cum iam hoſtes adoriri
uellet:ac magiſtri equitum dixiſſent:alios ei ſocios expectandos eſſe Non.n.ii adſunt:inquit:qui ſint pugna
turi an neſcitis eos ſolos pugnare aduerſus:hoſtes qui & uerentur & metuunt reges? Milites autem monuit:
ut pranderent tanq̄ apud inferos cænaturi.Inſuper interrogatus cur uir fortiſſimi illuſtrem ac præclarā mor
tem obſcuræ uitæ anteponunt:quoniam inquit:alteꝝ naturæ alteꝝ ſui ipſorum proprium putant.Et cū cæ/
libes uellet icolumes:ſciretq; perſpicue illos id minime toleraturos ſcuticis incertis epiſtolis cuiq; datis eos ad
ephoros miſit.Item cum ex adulſa ætate tris ſeruare uoluiſſet: ii re cognita eas epiſtolas accipere noluerunt.
Quin unus dixit non nuncius ſed pugnator ſecutus ſum.Secundus iſtic inquit manens melior ſim.At tertiꝰ.
Non equidem poſt hoſce ait:ſed antepugnabo.

l Ochagus polyænidæ ac ſironis pater cum ei eſſet a quodam nunciatum e duobus filiis alterum mor
tuum eſſe:diu ſciebam inquit eum mori oportere. Locha/gus

Ycurgus legumlator uolens ab inueterata p̄ſentiq; uiuendi conſuetudine ciues in temperatiorem ui/ Lycurgꝰ
l tæ ordinem traducere:& honeſtos proboſq; efficere:erant.n.uictii & ſumptuoſo & delicato: duos
enutriit catulos eodem patre ac matre genitos:quoꝝ alterum dimiſſum domi edacitati crapulæq; aſ
ſueſecit:alteꝝ ſecū ducens uenantionibus exercuit.Deīde iis in concionē actis uepres illic poſuit & quædam
gulæ irritamenta:ſubinde leporē dimiſit.Cum uero conſueta uterq; petiiſſet:& alter cepiſſet leporē ait aſpi/
citis o ciues:ꝙ eodē nati genere inſtituto uitæ q̄ꝫ uæhementer inuicē diſſimiles differenteſq; euaſerūt? quodq;
ad res honeſtas atq; illuſtres artificioſior exiſtit exercitatio q̄ꝫ natura? Sed ſeruntaliqui non eos adductos ca/
tulos:qui eiſdem parentibus nati eſſent:ſed alter ex cicuricus alter ex uenatoriis:deinde deteriore natum gene
re uenatioribus exercuit:at meliore natum lurchationibus ſolum aſſueſecit.Inde uterq; ad quæ ſuerat aſſuetus
impetum cū feciſſet:eſſetq; declaratum:quanto educatio & ad bonū & ad malū adiumento ſit. ait lycurgus:
Sic nos quoq; o ciues ſplendor generis quem multi admirantur:herculiſq; poſteritas nihil adiuuat:ni ea geſſe
rimus:quapropter ille omnibus ſe hominibus clariorem nobilioremq; oſtendit:& id quidem ſi res honeſtas
per omnem uitam exercemus ac diſcimus.Idem ſolo diuiſo & in omnes æqua portiōe ſorteq; diſtributo: fer
tur aliquando poſteriore tempore cum ex peregrinatione per agrum nuper demeſſum tranſiens poſitos acer
uos ſimiles æqualeſq; uidiſſet:affectum lætitia ſurrexiſſe dixiſſeq; ad aſtantis:Quam omnis laconica multoꝝ
fratrum uidetur eſſe:qui eam modo diuiſerint.Et cum ad æs alienum reſcindendū hortatus aggreditur etiam
omnem ſuppelectilē ex æquo diuidere:quo inæqualitatē omnino & diſſimilitudinē tolleret: intuens lacedæ/
monios grauiter ac moleſte ferre manifeſtā oblationē nummum tum aureū tum argēteum infirmum irritūq;
effecit:ac ferreo ſolo utendum Imperauit:ad cuius ſolutionē definiuit:ut ad id uſq; quod neceſſariū foret:to/
tam ſubſtantiam haberent.Quo quidem facto omnis iniuria e lacedæmōe eſt eiecta.Nam nec furari:nec cor
rumpere muneribus nec alium priuare aut rapere quiſpiam amplius quicq̄ poterat:quādo quidem id neq; oc
cultare: neque poſſidere iucunde neque uti ſine periculo neq; aut exportare aut īportare tuto quiret. Ad hæc
inutilia ex urbe omnia ſuperuacaneaq; exegit.Quare neq; mercator neque ſophiſta neque uates nebulone ne
que rerum laboraturum artifex ſpartam ingrediebatur.Nec.n.nūmum apud eos qui eſſet in uſu:lycurgus cō
ceſſerat:ſed ferreum duntāxat conſtituerat:quod mina eſt æginenſis ponderis:ualoris autem æreorum quat/
tuor.Et cum aduerſus delicias bellum aggredi diuitiarumque deſiderium auferre animo uolutaſſet:conuiuia
introduxit.Itaque ad illos qui percunctarentur:q̄obrem hæc conſtituiſſet.& cū armis minutatim ciues diui
ſiſſet.quo inquit alacriter ac facile imperia admitterent.ac ſiquid tumultuarentur:paucis daretur erratum. &
ut etiam ex æquo cibus potuſque eſſet nec ullis potulentis eſculentiſue.præterea nec ſtrato aut uaſis aut alia q̄
piam re omnino diues pauperi antecellat.Cumque diuitias negligendas contēnendaſque reddidiſſet. quip/
pe quæ nemini nec uſui nec oſtentationi eſſe poſſent.dicebat ad familiares.q̄pulchrum eſt o ſocii ex operibꝰ
diuitias demonſtrare.cuiuſmodi uero ſunt.quoniam cæcæ. Inſuper curam adhibuit.ne ante cænatis domi fa
cultas eſſet ad conuiuia proficiſci.aliis eſculentis potulentiſue repletis. Vituperabant autem cum reliqui perin
de atq; incontinentem & ad communem uictum demollitum:qui minus ſecum aut biberet aut ederet. Mul/
ctabaturq; is.qui manifeſto eſſet depræhenſus.Itaq; Agis diu poſteaq̄ rex creatus eſt militia reuerſus: debella Agis
uerat enim Athenienſes:cum uolens uno die apud uxorem cænare portiones accerſeret: eas tribuni militum
non miſere.Quod cum ephoris innotuiſſet:ab iis mulctatus eſt. Huiuſmodi ergo conſtitutiones cum locu/
pletes inique moleſteque tuliſſent in eum inſurrexere:maledictis iactuque inſequentes.quippe quem lapidibꝰ

Minerua uellent obruere. Pulſus autem e foro elabitur. Et aliis anticipato itinere i ædem deſugit Mineruæ calciœcæ. Et
alcander cum retro faciem uertiſſet: eius oculum baculo alcander inſequẽs eruit. At hunc publico decreto cum accepiſ
ſet ad cruciatum: nec male affecit: nec repræhendit quin potius eum uitæ uictuſq; ſocium habens reddidit nõ
modo laudatorem cum ſui ipſius tum etiam cõis uitæ ac uictus: uerum etiam totius uiuendi morũq; inſtituti
Minerua ſtudioſum. Illius uero calamitatis monumentum in ſacello chalciœcæ Mineruæ ſtatuit: quam optileti appel
chalciœ/ lauit: oculos enim Dores optilos dicunt. Idem interrogatus cur ſcriptis legibus non eſſet uſus: quoniam inqt
ca eruditi ac prouecti neceſſario inſtituto quod pro tempore uſui eſt: probant. Itẽ quibuſdam percunctantibus
Minerua quare culmen ædibus ſecuri imponendum imperarit: ualuas autem ſerra dũtaxat nulloq; alio ferramẽto: quo
optiletis inquit ciues omnibus in rebus quas in ædes important: mediocritatem ſeruent: nec habeant ex eis quicq̃ quæ
leotychi apud alios habentur in prætio. Ex qua quidem conſuetudine Leotychiden ferunt qui primus ſpartæ regna/
des uit: cum apud quẽpiam cænaret: uidiſſetq; domus tecti apparatum & ſumptuoſum atq; tabulatum: hoſpitem
Lycurg⁹, rogaſſe: an quadrata apud eos ligna naſcerentur. Interrogatus etiam lycurgus quamobrem aduerſus eoſdem
hoſtes ſepius expeditiones ducendas prohibuiſſent: quo ue ſæpius inquit: repugnare conſueſcentes bellãdi pe
agesilaus ritiam caperent. Quare Ageſilao quoq; regi non medioceri dandũ crimini uiſum eſt q̃ continuis in boetiã ir/
ãtalcidas ruptionibus ac pugnis thebanos inſtruxerit: qui lacedæmoniis reſiſterẽt. Propterea ſaucium Antalcidas cum
eum uidiſſet. Per pulchrnm ait: doctrinæ a thebanis mercedem recipis: quibus uel inuitis ac neſciis pugnandi
diſciplinam tradideris. Alio etiam quærente quamobrem uirginum corpora curſibus & luctationibus ac di/
ſcorum iaculorumq; iactibus exercuiſſet: quo inquit: radicatio gignendo# robuſto prĩcipio in robuſtis ſum
pto corporibus pulcherrime germinet. Ipſæq; partus robuſte perferrentes & facile & pulchre doloribus reſi
ſtant: ac ſiqua neceſſitas acciderit: poſſint & pro ſeipſis & pro natis & pro patria pugnare. Et cum uirginum
in pompis nuditatem quidam repræhenderent atq; cauſam quærerent ut inquit: iiſdem quibus uiri ſtudiis ex
ercitatæ nulla eis recedant neq; corporis uel uiribus uel ualitudine neq; animi ambitiõe ac uirtute & ut etiam
Gorgo ob exteram gloriam ſint animo elatiore. Itaq; de gorgone uxore leonidæ huiuſmodi quoq; reſponſum tradi
Leõidas tur. Nam cum quædã: ut uidetur peregrina ad eam dixiſſet: ſolæ uos lacænæ uiris imperatis: reſpõdit: ſolæ.n.
nos uiros parimus. Et cum eos qui nubere noluiſſent: a ſpectaculo gymnicis ĩ ludis prohibuiſſet: eiſdẽq; igno
miniam addidiſſet effecit: ut gignendis filiis q̃ diligentiſſime proſpicerent. Nam eo honore atq; obſeruantia
Dercylli quam ſenioribus iuniores præſtant: illos priuauit & illud in Dercyllidan dictum quãuis ſpectatus imperator
das eſſet: repræhendit nemo. Etenim aduenienti quiſpiam e iunioribus ſubſellium nequaq̃ ceſſit: inquiens. Nam
nec tu mihi qui cederet: genuiſti. Percunctãte autem quodã cur ſanxiſſet nuptui puellas ſine dote dari? Quo
inquit neq; ob egeſtatem ſine uiris ulle dimitterentur: neq; propter opulentiam expeterentur: ſed quiſq; poti⁹
ſpectato puellæ ingenio ac moribus in capienda uxore moueretur. Ob id autem ornãdi etiam ſtudium ex ur
be amouit. Idem cum nubẽdi tempus certum ſtatuiſſet tum mulieribus tum etiam uiris ad eum qui huiuſce rei
cauſam quæreret: reſpondit ut partus ei adultis geniti ualẽtiores eſſent. Ad illum uero qui miraretur: quod ui
rum ſimul cum nupta cubare prohibuiſſet: imperaſſetq;: ut plurimum diei cum æqualibus una eſſet: noctes au
tem totas quieſceret: cum ſponſa uero & clam & non ſine pudore congrederetur: ait: ut & ualentiores corpo
ribus quandoquidem ad ſatietatem uſq; non coiuerint: & amãdo ſemper ſint noui: natoſq; robuſtiores præ
ſtent. Ad hæc odorum prætioſumq; unguentum amouit perinde atq; olei contagium ac perniciem. Itemq; ti
gendi artem tãquam ſenſus aſſentationem. Et omnibus cultus ornatuſq; corporei opificibus ſpartem inacceſ
ſibilem fecit: perĩde ui artis prauitate artes inquinantibus. Tanta uero illis temporibus mulierum erat pudici
cia: tantumq; aberat ab ea quæ poſteris ſæculis ſecuta eſt: mulierum procliuitate: ut incredibile ſit eas ſuperioꝛ
Geradas tempore adulterio obnoxias extitiſſe. atq; Gerade cuiuſpiam hominis ſpartiatæ uetuſtiſſimi dictum celebra/
tur: qui rogatus ab hoſpite quid apud eos adulteri paterentur: nam ſe nullam uidere legem hac de re a lycurgo
latam: inquit nullus o hoſpes adulter apud nos fit. Subdente autem illo at ſi fieret: idem inquit Geradas: Nã
quo inquit modo adulter fiat ſpartæ: ubi diuitiæ deliciæ cultuſq; omnis ornatuſq; corporis ignominiæ ẽ. Ve
recundia uero ac deorum magiſtratuumq; obedientia & habetur in p̃tio: honoraturq; in primis. Idem lycur
gus ad eum qui popularem principatum in urbe conſtituendum hortaretur. ait tu primus in tuis ædibus po/
pularem principatum facito. Percunctante uero quopiam q̃obrem parua adeo tenuiaque deorum immorta
lium ſacrificia ſtatuiſſet. quo inquit nunq̃ ab honoranda diuina re deſiſtamus. Et cum ea ſola certamina in q/
bus manus minus tolleretur: exercere ciues iuſſiſſet eiuſce rei cauſam percunctanti quo nullus ipſorum ait. la/
borando defatigari aſſueſcat. Interrogante etiam quodam quare frequenter caſtra mutanda iuberet: ut maio/
re inquit detrimento inimicos afficiamus. alio iterum quærente cur turris oppugnare prohibuiſſet: ne inquit
Thebani aut a muliere aut a puero aut ab aliquo huiuſmodi homine fortiores interimantur. Item conſulentibus the/
Leucho/ banis de ſacrificio ac luctu: quem leuchotheæ præſtarent: conſilium dedit: ut ſi quidem deam ducerent: haud
thea lugerent. Sin autem hominem arbitrarentur: num perinde ac deæ ſacrificarent. Rurſum quærentibus ciuibus
quo pacto hoſtium impetum repellamus: ſi pauperes inquit fueritis: nec alter magiſquam alter interrogetur.
ac iterum de muris quærentibus inquit eam urbem quæ uiris non lateribus cincta eſſet: ſine muris nequaquã
eſſe. Præterea ſpartiatæ diligentiam comæ adhibebant quoddam lycurgi de hac re dictum celebrantes: quod
& pulchros coma magis decoros: & turpes formidabilioris faceret. Monebat autem qui belli in fugam
uertiſſent hoſtes uiciſſentque: eo uſque inſequerentur: quoad foret uictoria confirmata: deinde cõtinuo reddi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tum facerent: nũ modo non moriſ græcanici eſſe inquienſ iſtos qui cenſiſſẽt enecare ſed eá quoq; eẽ utilitatem q cú hoſteſ ſcirent lacedæmonioſ eiſ parcere qui cæderent. ſuſtinetiſ uero tollere. fugiendum utiliuſ q̃ manẽdũ eſſe ducerent. Atq; percunctãte quopiã quãob rẽ hoſtium cadauera ſpoliãda uetuiſſet. ne circa ſpolia tẽpuſ terenteſ inqt haberẽt in pugnãdo negligẽtiuſ. qn potiuſ paupertatẽ una cum ordine ſeruarent.

l Yſander cum a Dioniſio ſiciliæ tyrãno ad eius filiaſ prætioſi ſumptuoſioreſq; amict⁹ miſſi eſſent eoſ nequaquã accepit inquienſ uereri ſe. ne hiſce turpioreſ uiderẽt. At paulo poſt ad eundẽ tyrãnum ex eadẽ urbe Ariſtaſ amiſſuſ cum ad ipm quoq; Dionyſiuſ duaſ miſiſſet ſtolaſ. iuſiſſetq;. utrã mallet. acciperet ac portaret ad filiã ipſã inquit illã meliuſ electurã quare utraq; accepta habiit. Acer itẽ Lyſander cauillator & admodũ decipiendo uariuſ ut pote q & iuſtum in eo qd conducit & honeſtum i cõmodo collocarẽs aiebat uerum pſtare mẽdacio. Vtriuſq; autẽ perinde ut expediret. & æſtimationẽ & prætium deſiniri. Ad eoſ uero a quibus uituperaret. q plurima decipiendo ageret perinde atq; degeneraſſet ab Hercule. quodq; reſ nõ aperto marte efficeret ſed dolo ſurridenſ reſpondebat quo leoniſ non aſſequeretur uulpiſ pellẽ aſſuendã eſſe. Et cũ ab aliis accuſaretur: quod quæ Mileti iuratus fuerat: nequaquã obſeruaret: aiebat puerorum eẽ talis decipere: uirorũ antẽ iureiurãdo. idẽ ubi ad capræ flumen athenienſes ex inſidiis uiciſſet: ac eos præſiſſet fame urbem cepit: ſcripſitq; ad ephoros: athenæ captæ ſunt. Ad argiuos uero qui de ſoli finibus cũ lacedæmoniis diſceptarent: ſeq; iuſtiora iis loqui dicerent. diſtricto gladio qui huius inquit ius habet: optime de ſoli finibus diſſerit. Boetios quo tẽpore per eorum agrum tranſiret. tumultuãtis inter ſe intuens miſit ad eos percunctatũ: utrũ rectis haſtis an declinatis per ipſorum agrum iter faceret. Et cum uir magarenſis in publica cõcione audacius dicendi licẽtia apud eum uteretur. tua uerba o peregrinæ inquit ciuitatis indigent. idẽ ubi corinthii defeciſſẽt: ad eorũ muros profectus cum lacedæmonios timiduſculos adoriendo aſpiceret. lepuſq; uiſus eẽt foſſam tranſiliens. nõ uos pudet inquit o ſpartiatæ huiuſmodi hoſtes formidare: ad quorum mœnia lepores ob otioſam inertẽq; uitã dormiunt. Ad hæc in ſamothracia oraculũ ei petenti ſacerdos ut ſibi diceret iuſſit quod iniquiſſimũ eſſet a ſe opus in uita ppetratum. Quare Lyſander interrogauit utrum tuo an deorum iuſſu facere hoc oportet. Illo aũt præ metu iuſſu deorum inquiente: Tu ergo ait abſis eminus: & ego illis iniquitatem enarrabo. ſi percunctentur. Itẽ cũ a perſa interrogaretur q̃ potiſſimum remp. laudaret eam inquit quæ fortibus ac timidis præmia digna reddiderit. Ad eũ uero qui dixiſſet ipſum a ſe & laudari & defendi: duo inquit boues mihi in agro ſunt. Vtroq; autem ſilente: plane ſcio. & qui nihil operaretur & qui operatur. idẽ cum a quopiam conuiciis afficeretur ait dicito crebrius peregrinelle dicito nihil omittens. ſi tuum iis maliſ euacuare animum poſſis quorum plenus uideris eſſe. Atqui poſtero tempore cum poſt eius obitum in contractione ſociali Ageſilaus ueniſſet in Lyſandri ædes quo litteras de ea controuerſia conſideraret. eas enim Lyſander apud ſe ſeruabat: reperiſſetq; libellum ad lyſandrum de repu. ſcriptũ ut oporteret ab Euryprotidis ab Agiadiſq; regnũ auferre atq; in medium ponere & ex optimatibus electionẽ facere quo non herculis poſteris ſed illi potius daretur honoſ qui talis foret uirtute iudicatus. qualis hercules extitiſſet. cũ ob eã etiam ille in diuinos honores ſublatus eſſet. Et hanc quidem orationem ædere & ad ciues efferre aggreſſus eſt quo inde demonſtraret. quod latebat qualis lyſander fuiſſet ciuis: & id quidẽ iis agens in lyſandri amicorum calũniam: at aiunt Cratiden qui per id tẽporis princeps inter Ephoros eſſet ueritum ne oratio ſi lecta foret: aſſenſionem faceret: repræhendiſſe. Ageſilaũ dixiſſeq; non lyſandrum effodiẽdum eẽ: ſed eã potius orationẽ callide pſuaſiueq; cõpoſitam una cum illo defodienda: Ad hæc illi qui eius filias perati fuerant: deinde poſt obitum quoniam quẽ diuitem exiſtimãteſ colebãt ubi iuſtum ubi frigi ad probum ex paupertate cognoſcẽt: deſpiciebant.

Lſander
dioniſius
Ariſtas
Miletũ
Capra flumen
Athenienſes
athenæ
argiui
Boetii
Megarẽſis
Corithi
ſamotracia
ageſilauſ
Euriptotidæ
agiadæ
Herculeſ
Cratideſ

m Amertes miſſus legatus cum a quopiam ex illius loci hominibus laudibus ſummis efferetur q amiciſ pluribus abundaret interrogauit an exploratum haberet quonammodo abundans amicis pluribus periculum facturus ſit. id alter cũ itẽ diſcere q̃reret aduerſa inqt fortuna expimẽtum faciet.

Mamertes

n Icander cum quidam dixiſſet argiuos male de ipſo loqui. Num ergo inquit dant pœnam qui de bonis loquuntur male. Percunctante autem quopiam quare comam barbamq; nutrirent quoniam inquit proprius ornatus uiro eſt omnium pulcherrimus ac minime ſumptuoſus. Et cum ex athenienſibus quidam dixiſſet ocium Nicander admodũ admititis: uera inquit narras ai non quẽadmodum uos: ut acciderit ſtudemus negociis.

Nicãder
argiui
athenienſes

p Antheodas legatione in aſiã fungẽs oſtẽtantibus ei quibuſdã murũ & magnũ & ſublimẽ p deos iqt peregrini. pulchra ẽ mulierum domus. idẽ in academia cũ philoſophi multa ſeriaq; diſſererent ac deinde Pantheodẽ interrogarent quid hi ſermones ei uiderentur qd uero aliud inqt quã boni cæterũ utilitatis habentes nihil: ſi minus uoſipſis utamini.

Panthe odas
aſia
achademia

Auſanias cleombroti filius deliis aduerſus athenienſes de inſula diſceptantibus dicentibuſq; ut ſecũdũ ſuã ipſorum legẽ neq; mulieres i iſula piũt: neq; mortui hũant. Quoniã igit: iqt pacto hæc patria uobis ſit i q̃ neq; fuit ueſtrum ullus nec erit: Exulib⁹ ãt hortãtib⁹ ut aduerſus athenieſes exercitũ duceret dicẽtibuſq; cũ de ipſi⁹ laudib⁹ i olĩpiacis ludis pdicaret ſolos athenieſes aduerſus eũ iſibilaſſe. qd nã igit exiſtimatis: iqt eos facturos ſi male affecti fuerit: q bene affecti iſibillãt. Et quopiã pcũctãte cur Tyrteũ poetã ciuitate dõarint quo iqt nunq̃ pegrinus nobis pſſe uideatur ad eũ quoq; qui cũ corpore eſſet infirmus: conſuleret aduerſus hoſtes terra mariq; dimicandum uiſne igitur; inquit: te ipſum exutis ueſtibus oſtendere; qualis es:

Pauſanias
Delii
athenieſes
Tyrteus

q nobis pugnandum conſulas.Idem ſumptuoſitatem ueſtis in barbarorum præda cũ qdá ad mirarentur : me
lius eſſe inquit ipſos eſſe multifaciundos q̃ quæ multifaciunda ſunt poſſidere.at poſt uictoriá de mediis ad pla
Medi tæas iuſſit præparatam perſarum cænam ſuis apponendam.Quæ cum mirabili ſumptu eét:per deos iquit.lur
Platææ cho eſt perſes:qui cum tam multa haberet ad maſſam noſtram ueniebat.
Pauſaniaſ Auſanias pliſtonactis filius ad illum a quo eſſet interrogatus.q̃obrem ex priſcis legibus nullam apd
ipſos mouere liceret quoniam leges inquit uiris non legibus uiros oportet dominari .Item cũ tegææ
Tegææ poſt exilium lacedæmonios laudibus efferret:ait quiſpiam cur igitur non manſiſti Spartæ. ſed fugi/
ſti potius:Quoniam ne medici quidem inquit:apud eos qui bene ualent ſed ubi ſunt ægrotantes uerſari con/
ſuerunt:Ad illum uero qui ab eo pcunctaretur:quo pacto thracas uincere quiret:ſi medicum inquit conſtitue
rimus ducẽ.Et cum medicus eum conſideraret:diceretq; nihil habes mali.Non enim te medico inquit utor.
Idem cum ab amico quodam repræhenderetur:q in quẽpiá medicum malediceret:nec eum tamen exptus nec
ulla affectus iniuria:quoniam inquit ſi eſſem iſtum expertus minime uiuerẽ:Inſuper cum medicus ei dixiſſet:
ſenex es factus:quia inquit non ſum te uſus medico.Dicebat etiam hunc medicum eẽ optimum:qui non ſine/
ret ægrotantis morbo marceſcere:ſed q̃ celleríme ſepeliret.
Pædaretuſ Aedaretus dicẽte quopiá magnum eſſe hoſtium numerum.Ergo inquit eo maiorem gloriá conſeque
p mur.quo pluris enecabimus.Quẽdá uero intutus:qui tẽtſi molis natura erat:tamen propter mo/
deſtiam laudaretur a ciuibus:ait nec uiros mulierum ſimilis laudandos eſſe neq; uirorum mulieres.ni
ſi mulierem neceſſitas:aliqua coegerit.Idẽ cum in trecentorum numerum non eſſet electus:qui honos in urbe
ordine præſtabat:hilaris ſubridenſq; abibat.Reuocatus autẽ ab ephoris & quid ridet interrogatus iquit quo
niam urbi gratulor:quæ me trecentos meliores habet ciues.
Pliſtarchuſ Liſtarchus leonidæ filius ad eum qui interrogaſſet:q̃obcauſam a primis regibus minus appellarẽtur
p quoniam inquit illis erat opus rege agide.at illorum poſteris nequaq̃.Et cum quidam patronus cau/
ſarũ ridicula diceret non cauebis inquit:perægrinæ continua ridicula quo ipſe nõ fias ridiculuſ. quẽ
admodũ ii luctatores fiunt quiſe continuos in luctando præſtánt . Item ad eum qui luſcinam imitaretur:liben
Luſcina tius ait hoſpes luſcinam ipſá audirẽ.Dicẽte át quodá ipſũ a quopiá maledico laudari: miror id qdẽ ait ni me
pliſtonaſ fortaſſe mortuũ ei qs nũciarit.Ná bene loq de uiuo nemine ille poteſt.
Liſtonax Pauſaniæ filius cũ atticus quidam rhetor in ſcitiam lacedæmoniis obiiceret:recte inqt nar
Polydoruſ p ras.Nam e græcis omnibus ſoli nos mali nihil a uobis didicimus.
Olydorus alcamenis filius cũ frequentius quis minitaretur inimicis:neſcius inquit es maximam cru
Meſſena p ciatus partẽ abs te conſumi.Idẽ cum exercitum aduerſus Meſſenam educeret:interrogauit quidá:an
Argiui eſſet aduerſus fratres pugnaturus.minime inquit.ſed in id agri ſe profecturum:de quo nondum eẽt
ſors habita.Arguis autem rurſus poſt trecentorum illorum pugnam uniuerſis acie ſuperatis.Polydorum ſo/
cii hortabantur:ne oportunitatem prætermitteret:ſed hoſtum adortus murum urbem caperet.Nam cum &
uiri periſſent & uxores deſertæ eſſent:id facillimum factu fore.Quare ad eos ait æqua pugna aduerſarios uin
cere mea ſententia honeſtum eſt.Sed qui de agri terminis pugnauerimus:urbem capere cupiamus:iniuſtũ eſſe
duco:ueni.n.ut agrũ recuperarẽ:non ut urbem occuparem. Interrogatus ẽt q̃obrem ſpartiatæ fortiter in bel/
Polycratidaſ lo diſcrimen ſubeunt:quoniam inquit uereri duces non metuere didicere.
Ollycratidas ad regios ꝑtores una cum aliis legatione fungẽs cum ab iis iterrogarẽt.utrũ priuati ad
eſſẽt:an publice miſſi eſſent:ſi ait ipetrauerimus:publice miſſi ſumus:ſin minus impetrauerimus. pri
Phœbidaſ uatim adſumus.
Hœbidas cum quidam ante leuctrenſe diſcrimen dicerent:diem hunc demonſtraturum fortem uiꝝ
Clitori p inquit multi diem illum eſſe faciundum:qui fortẽ uirum monſtrare ſaluum poſſet.Et cum in eo lo/
loco a clitoris obſideretur.qui & difficilis eẽt & expers aquæ:fertur in ea fœdera ueniſſe:ut ſolũ bel
lo partum eis cederet.ſi una ſecum ſui omnes e proximo fonte biberent:Nam fontem hoſtes præſidiis tene/
bant.Poſt iuſiurandum uero coactis omnibus qui cum eo aderant.uoluiſſe illi qui nollet bibere:regnum da/
re.Quod cum nemo admiſiſſet:ſed bibiſſent oẽs ipſum ubi poſt oẽs deſcẽdiſſet:at ſeſe a qua iſperſiſſet:ẽt pre
telecer ſentibus hoſtibus ad ortum eſſe egroq; potitum.peride atq; non bibiſſet.
Elecer ad eũ qui dixiſſet patrẽ maledictis in ipſum uti:niſi iis inquit:dignus eſſem.haud pater utere
t rur.Dicente autem fratre non æque ciues ei aduerſari atq; ſibi:cum iiſdem tamen parentibus nat⁹ ſit
At iſtud inquit abſurdius.Nam quas ipſe neſcis:ego iniurias pati ſcio.interrogatus ẽt quid mos apd
eos eẽ:ut iuniores ſeniorib⁹ aſſurgerẽt quo inqt ita hi habẽtes i maiorib⁹ natu honerádis maiore honore pa/
Charilaiſ rentes ꝓſequát.Et cum qſpiam eſſet pcunctatus quátũ ſubſtátiæ poſſideret:plus inquit::quá ſat eſt.
Harilaus interrogatus quáobrẽ Lycurgus paucas adeo tuliſſet leges:qm̃ inquit pauca dicẽtibus pau
Lycurg⁹ c cis etiá legibus opus ẽ.Percunctáte át quodam quare puellas aperta facie:uxores autẽ uelata in ꝑpa
tulum agerent:quia inquit puellis uiri ſunt inueniendi.at uxoribus uiri ſeruandi.Idem cũ mancipiũ
quoddá audacius ei aduerſaretur ni ait:iraſcerer.enecarẽ te.Atq; interrogatus a quopiam quam putaret opti
má eẽ rẽpu.iqt in qua plurimi ciues inuicẽ ſine ſeditione uelint de uirtute certare.Itẽ cũ quis percũctaretur cur
oia deoꝝ ſigna cũ armis eẽnt apd ipſos poſita quo inqt nec q̃ i hoies exprobatiões obprobiaq; dñr pp timidi
tatẽ i deos referamus:nec iuuenes iermes diis imortalib⁹ ꝓces habeát.Ad illũ quoq; qui eẽt pcunctatuſ:qre nu

Amioꝝ legatis prolyxiore oratione utētibus dixere ſpartiatæ. Prima quidē obliti ſumus. Poſtrema
s uero ignoramus: quia res memoria exciderūt. Cū lōga orator prolyxaq; uſus oratiōe reſpōſiōes pete
ret quas ciuibus referret: refer igitur dixere: & te dicendo & nos audiēdo uix dediſſe. & ad thebanos
aliquibus de rebus cōtradicentes dixerūt: aut ſæpe minus oportet aut plus poſſe.

Acon i interrogatus quāob cauſam menti pilos plurimum nutris quo inquit canos intuens: nihil agā Lacon
ipſis in dignum.

a Lius cum eſſet quis percunctatus: quare ſcis breuibus utimini: quo inquit comminus cum hoſtib⁹ ma
nus conſeramus.

l Audante quopiā fortiſſimos pugnatores: iacon inquit in Troia.

a Lter cū audiſſet quoſdā in cæna ad bibēdū ui cogi: nō ēt ad edendū inquit ui cogūntur. Pinda

p Indarus cum ſcripſiſſet Græciæ ſuſtentaculum athenæ: lacon ait græciam funditus ruituram: ſi huiuſ rus
modi ſuſtineatur ſuſtentaculo.

e T cum quis intutus in tabula quadam picta iaconas ab Atthenienſibus iugulari diceret fortes quidē
athenienſes. iacon tempeſtiue ſubdit: & ii quidem in tabula.

a D quēdā uero q calūnioſa male dicta libēter audiret: iacon ait deſine aures aduerſus me benigne pſta

a Dteū q plecteret: ac diceret: inuitus erraui dixit qſpiā inuitus igr̄ ēt plectere. re.

i Ntutus quidam homines qui dum uita decederent: in ſellis curulibus ſedebant: abſit inquit ut hic ſe
deam: unde non licet aſſurgere ſeniori.

c Hii cū olim e cæna abeūtes in ephororū curia uomuiſſent: curulibuſq; in ſellis ubi ſedebant ephori de
ieciſſent: uæhementer primum qui ea feciſſent: inquirebant: an ciues ii eſſent. Vt uero chios extitiſſet ſenſerunt Chii
proclamauere chiis permittitur laſciuire.

c Vm qs amygdalas duplo uiliore pcio q̄ duros ſilices uenire aſpiceret: nunquid rari inquit ſūt lapides

l Vſcinīā quū qs uelliſſet: ac parū inueniſſet carnis: ait uox hoc ē & aliud nihil.

l Acon qs cū cynicū Diogenē cōplecti ſtatuā æreā uidiſſet in magna ui frigoris: pcūctatus ē: an rigeret Lacon
Quod cū ille negaſſet: ait quid nam igitur magnum facis.

e T cū metapontino cuidam iacon metū exprobaret attamē inquit non parū alieni habemus agri: hic
autē ait non ſolum igitur meticuloſi ſed etiam iniuſti eſtis.

p Eregrinus quidā cū ſpartæ rectus in alterū crus indueretur calceis: ait ad lacōa. Nequaq̄ tu lacō mea Peregri
ſententia quantum ego tēporis tantūdē ipſe ſtares ſuper pedem. Qui excipiens non enim ſtarem inqt nus
& ex anſeribus quidem nullus eſt qui nō ſtaret.

c Vm quis artis reahoricæ laudibus efferetur: aliquis lacon ait. At per geminos ars ſi ueritatem non te
tigerit: nec eſt nec unq̄ ſit futura.

a Rgiuus aliqūando cū dixiſſet: multa ſpartiatarū ſepulchra apud nos ſunt dixit lacon: at argiuorum Argius
apud nos ne ullum qdē: p inde atq; ii ſæpe agros adorti eſſent at ſpartam argiui nunq̄.

l Acō captiuus cū ueniret: diceretq; pco. lacona uendo: increpauit inquiens: captiuū proclamato Lacon

q Vidam ex iis militibus qui apud Lyſimachū merebant: ab illo interrogatus nunquid eſſet ex manci Lyſima
piis. Tu autem putas inquit ſtipēdio quatuor obolorū lacona ad te iterum. tus

c Vm thebani laconibus uictis ad leuctra ad ipſū Eurotā eſſent & qdā ictabundus diceret: ubi nunc la Thebāi
cones ſunt: lacon ab iis captus non adſunt: inquit. Nō. n. uos huc ueniſſetis. Leuctra

a Thenienſibus rogātib⁹ quo tēpore urbē tradiderāt. Samū ſibi dimitterēt: dixerūt: Cū ueſtri fueretis: Eurotas
tunc alios quoq; habere poſtulare. Ex quo ēt puerbium illud ē. Qui ſeſe ipſe non hēt: ſamum uult: Atheni

u Rbem quandam cum lacedæmonii ui cepiſſent: ephori dixerunt: periit lactatio iuuentutis. Non. n. enſes
poſt hac iuuenes habebant. quin eis repugnēt. Samus

a Liam urbem rege lacedæmonioꝝ pollicente ſe penitus euerſuꝝ. Nam ea laconibns negotia plerūq; Prouer
præbuerat: nequaq̄ permiſerunt inquientes nullomodo euertes: nec tolles iuuentutis cotem. bium

V ctantibus pædotribas qui pueros exercerent atq; erudirent: haud præficiebant: quo nō arte ſed uir Lyſāder
tute honori ſtuderent. Itaq; Lyſander interrogatus quonāmodo eū charon uiciſſet. igenio iqt atq; induſtria. Charon

p Hilippus quo tēpore in eorum ueniſſet agrum: cum ſcripſiſſet: utrum amice ſe ire uellent an hoſtili Philipp⁹
ter reſponderunt: neutrum. Antigo

l Egatum quendam cum ad Antigonum demetrii filiium miſiſſent. eum mulctauere: quoniam audiſ nus
ſent uocauiſſe illum regem: q̄uis medium annonæ cuiq; a rege in caritate portaret. Demetri

d Emetrius cū crimini daret: qd legatū unū ad ſe miſiſſent. Nō igr̄ ſatis ē: dixerūt ad unum unus: us

f Lagitioſus quidam ſententiam optimam cum tuliſſet: hanc quidem admiſerunt: at illo amoto ſentē Flagitio
tiam alteri qui honeſte uixiſſet inſcripſerunt. ſus

f Rates cum inuicem diſſentirent: ii patrem mulctauere: quod filios diſſidentis deſpiceret: Pſaltes

p Saltem aduenam mulctauere: quoniam digitis citharam pulſaret.

q Vo pueri pugnabant: quorum alter falce alterum uulnerauit lœtatali uulnere familiaribus āt pueris
cū is eēt pugnā dimiſſurus: pollicētibus auxiliū ſe laturos & illū q pcuſſerat interēpturos: nullo mo De iuſti
do p deos inqt. Non. n. eſt iuſtum. Et. n. ego feciſſem hoc ſi iuſtum aſſeq potuiſſem: fortiſq; fuiſſem.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Lter puellis quoniam adeſſet tempus:quo furari liberis pueris lege fas erat:quodcunq; quis poſſet:da
a baturq; turpitudini depræhendi:ubi qui cum illo una aderant:pueri uiua uulpecula furati ei cuſtodi
endam tradidiſſent: & ii qui illam amiſerant:quæſitum ueniſſent.uulpeculam hic ſubiecit ſub amictũ
beſtia uero exaſperaſcente ac pueri latus ad extra uſq; deuorãte:ne palam fieret:quieſcebat.Sed ut demum pꝰ
illorum abitionem factum pueri aſpexere:culparentq; dicentes melius fuiſſe manifeſtare uulpeculam q̃ celare
ad mortem uſq;:minime quidem inquit:ſed longe melius eſſe doloribus q̃ ſomno diem obire & quam homi
num ſermonibus diuulgari:ꝙ molliciciam tupiter uiuere curauerim.
Lacon Vm quidam in laconas in itinere incidiſſent:dixiſſentq; ſecunda eſtis fortuna uſi.nã hunc nuper la/
Antigo/ c trones abiere:dixerunt hi nequaq̃ ꝑ bellicoſiſſimũ Enyaliũ.ſed illi potius uſi ſunt q̃ i nos nõ ĩciderũt
nus l Acon interrogatus:quid ſciret:dixit liber eſſe.
Ver ſpartiata ab antigono rege captiuus factus ubi ueniſſet: aliis in rebus omnibus emptori pare/
p bat quaſcunq; libero faciundas exiſtimabat. Vt uero imperauit:ut matulã ferret:haud paſſus ẽ inqui/
ens non ſeruiã.Et cũ ille ſurrexiſſet:hic aſcenſa teſta ubi dixiſſet diſces emere:ſeipſũ ĩmiſit:atq; obiit.
a Lter cum ueniret:dicente quopiam ſi te emero:eris frugi.etiam ſi minus inquit emeris.
a Lius captiuus cũ ueniret:addẽte ꝑcone mãcipiũ uenũdare execrabilis ĩqt.non captiuum dicis:
Acon muſcam inſignis loco habens in clypeo & hanc ſane non maiorem uera muſca. ubi deridentes
Lacoo l quidam dixiſſent:hoc ad latendum eſſe ab eo factum:immo inquit ut manifeſtus fiam ſic enim proxi
me hoſtes aggredior:ut hoc inſigne ipſorum uiſui magnum ſit.
a Lter cum in ſympoſio lyra eſſet adducta. Non laconici inquit moris eſt nugari:
Partiata interrogatus an ſecura eſſet ad ſpartam uia.inquit:qualis acceſſeris.Leones enim eminus ꝓ
s ficiſcuntur a leone:lepores autem uenamur etiam intra tabernaculum.
Spartia N paleſtrico manũ nexu cũ ꝓſtratus qſpiã colluctatorẽ fruſtra pulſaret.atq; ad terrã traheret.ubi cor
i pore defatigatus deficeret.illius brachiũ mordebat.& alter ait mordes o lacon ſicut mulieres: nequa
quam inquit alter.ſed ut leones.
c Laudus ad bellum egreſſus quibuſdam cum ſequentibus ac ridentibus conuerſus ait:mala capita nõ
Claudus eſt cum hoſtibis fugiendo pugnandum.ſed manendo ordinemq; tuendo.
a Lter ictus ſagitta cum uita relinquerent.non hoc inquit ſibi curæ eẽ quod moreretur ſed quod a mol
li ac ſemiuiro ſagittario eſſet occiſus:egiſſetq; ipſe nihil.
c Vm in tabernam meritoriam quis diuertiſſet parandumq; cauponi dediſſet obſonium:ubi aliter ca
ſeum atq; oleum petiſſet:ait.ſi caſeum haberem.etiam obſonio egerẽ.
a D eum uero qui lampin æginetam beatum diceret.quoniam ditiſſimus eſſe uidebatur.erat.n.guber/
Lampis nator multarum nau um.lacon ait.Non attendo fœlicitati.q̃ pendeat ex funibus.
c Vm quis dixiſſet lacona mentiri.is reſpondit.liberi enim ſumus.alii uero ſi quando uera non dicunt
pectendi ſunt:
c Vum quis cadauer rectum ſiſtere uellet.atq; uiteretur.ubi factis omnibus id nequiſſet. per geminos
ait intus aliquid eẽ oportet.
Tynni/ t Ynnichus Thraſymuli filii mortem fortiter tulit in hunc uero epigramma huiuſmod ĩfactũ ẽ.
chus Exanimus pitanen clipeo thraſibulus in acri. Tunichus hunc igni cum daret.hæc loquitur
Thraſy/ Confoſſus ſeptẽ uulneribus rediit. Flere decet timidos oculis te nate ſepulchro.
bulu Paſſus ab argiuis q̃ ergo nulla gerebat. Condomeam ſiccis ac lacedæmonium.
epigram Lcibiadi athenienſi cum aquæ plurimum balneator funderet. lacon ait quidnam hoc ut immundo
ma a ualdeq; ſordido plus præbet.
Pitane Hilippo macedone quædam per epiſtolam lacedæmoniis imperante ii reſcripſerunt. Lacedæmonii
Argiui p philippo.de quibus nobis ſcripſiſti.non:Cũ ãt in agrũ laconicum philippus feciſſet impetum.ac oẽs
Alciba/ perire uiderentur.dixit ad quendam ex ſpartiatis.Quid nunc facietis o lacones? Quid.n.ĩqt aliud.
des quam fortiter moriemur.Soli.n.græcorũ nos liberi eſſe ac nõ parere aliis didicimus.
philippꝰ Oſt aduerſã agidis pugnã obſides Antipatro petente pueros qnquaginta. Etheochles ephorũ gerẽs
Epiſtola p ait qdẽ minime datũ ire.ne malis moribus imbuerent̃ pria inſtitutione priuati.nec ciues forẽt.ſenes
Agi uero aut mulieres ſi uellet duplo etiã pluris datum ire.Eo autem grauiter minitante niſi acciperet pu
Antipa/ blice reſponderunt.ſi grauiora morte imperites facibus moriemur.
ter Enex in olympiis dũ ludus ꝑageret̃ ſpectare affectabat:ubi ãt ſederet:nõ hẽbat.in multos uero ꝑfe/
etheocleſ ſ ctus locos erat & cõtumeliæ & cauillo recipiebat̃ q; a nemine. Vt ãt a lacedæmonios uenit.pueri oẽs
olympia aſſurrexere.pluresq; uiri ceſſere locũ.At cæteris græcis plauſu morẽ admiratis ac ſũmis laudibus efferẽtibus:ſe
nex ut mouit canumq; caput barbamq; ſenilem & lachrymaſſet ait. Heu miſero mihi ut oẽs græci quæ hone/
ſta ſint norunt.ſed iis lacedæmonii utuntur ſoli.
Erũt ãt qdã idẽ athenis quoq; accidiſſe. Nã cũ panathanæa agerent̃.attici ipſi ſenẽ ꝓbris inſeqbant̃
Pañathe ſ qppe q̃ eum ut ſuſcepturi inuitabant. Si uero accederet:.nõ recipiebãt. Vt ãt petitis fere oĩbus ad la/
næa cedæmonios uenit ſpectatores.oẽs e ſedilibus aſſurgẽtes locum cedebant.eo aũt facto mirifice turba
delectata inſigni admodum ſignificatione applauſit. Atq; ſpartiata quis dixit. Per geminos athenienſes qui/
dem quæ honeſta ſunt.ſciunt.non autem agũt.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

m Endicus a locone petiit: at ſi tibi inquit dedero: eris pauperior. Tuæ uero huius ineptitudinis qui pri Mēdicus
mus porrexerit: auctor eſt futurus quippe qui inertem te fecerit. Lacon
Acon ubi quēpiā uidiſſet: q res diis imortalibus cōgregaret nihil ait curare deos: q ſe eēnt paupiores
al Vm quis adulterum apud turpem uxorem compræhendiſſet: afflicte ait quæ tibi neceſſitas.
a Lius oratorem audiens: q magnos uerter orationibus ambit⁹: & per gemino ait: fortis qui da hō hic
ad nullā propoſitum inſtruit: atq; exercet linguam.
c Vm lacedemonia qs ueniſſet: honore inſpecto quem iuniores ſenioribus præſtabant. in ſola inquid
ſparta ſeneſcere conducit.
i Nterrogatus lacon cuiuſmodi tyrtæus poeta eſſet bonus inquit: q iuuentutis animos & contume/
lia imbuat & ſtulticia.
a Lter cum in dolore oculo⁊ egrederet̃ ad bellum: & aliqui ei dicerent quo uadis ita affectus: aut qd
facturus. Si aliud inquit nihil egero ſaltē hoſtis gladium hebetaho. Buris
b Vris & ſpartis lacedæmonii ultro ad Xerxen pſa⁊ regē ad cruciatū cui lacedæmō p oraculo erat ob Spartis
noxia pfecti. Nā caducatores a rege ad ſe miſſos lacedæmonii occiderant: ubi ueniſſet ad regē iuſſe/ xerxes
rūt: quo uellet mō ſe p lacedæmoniis interimeret. Sed ut ille admiratus uiros liberauit: rogaretq; apd ſe ut ma
nerēt. Et quo nā pacto dixere uiuere hic poſſumus patria legibuſq; relictis & his uiris p qbus tm̄ itineris mori
turi uenimus: Ad eum indarnus dux maiorem immodum rogaret: ac fore diceret. ut ii æq; honoraretur atq; il Iudarnus
li: qui amici maxime apud regem ad dignitatem prouecti eſſent. dixerunt. ignorare uideris nobis: cuiuſmodi
res eſt libertas. cui mentis compos perla⁊ regnum aut pretulerit.
Acon quoniam de ſuperiore hoſpes cum declinaſſet: poſtridie uero ſtratis uſus lage magnificeq; exce Lacon
i pit. incendit ſtrata eaq; peſſundabat addēs: pp hæc heri ne in ſtorio qdē dormiui.
Lter cum ueniſſet athenas: aſpiciēs athenieſes q pnas & obnoxiū pclamarēt: & publicanos ac leno
a nes gererent: & alia inepta opera agerent: nihilq; turpe ducerent ubi in patriam reuertiſſet: percun/
ctantibus ex eo ciuibus qualia eſſent: quæ athenis uiderat: per ſimulationem dicebat omnia eſſe honeſta: orati
oneq; monſtrabat omnia apud athenienſes honeſta cenſeri: turpe aut nihil.
Lius quempiam de re interrogatus reſpondit: non. Vt āt is qui interrogaret: reſpondiſſet: tu mentiris
a uides ne inquit: te uanum eſſe q quæ noris: interroges.
Enerunt aliquando legati lacones ad lygdamini tyrannum. Vt uero ille differens ſæpe congredi tar/ lygdam⁹
u daret: diceren āt eum omnib⁹ in rebus moliter hēre: at iſti narrato dixere nos neq̄q̄ p deos immorta
lis ad ipſumu eniſſe: ut paleſtram cum eo luderemus: ſed ut diſſeremus:
l Acona quempiam cum quis miſteria edoceret: interrogabat: qd impiā maxime egiſſe ſibi conſcius eſ
ſet. Hic aūt ut dii ipſi norunt. At ubi ille magis magiſq; urgeret: ac diceret: oīo id eloq te oportet: cō/
tra lacō interogauit: cui me pri⁹ oportet eloq tibi ne an deo? illo āt dicēte. deo: Tu igit̃ inqt abſcendito.
Lter cum noctu monumentum ptæteriret: ac demonium quoddam uidere uiſus eēt: incurrebat: ut id
